

1114

1114

1114



ULB Düsseldorf



+4143 308 01





Seiner Hochwürden

dem Herrn Domcapitular und Dompfarrer

**Alexander Halm,**

*dem hochverdienten früheren Oberpfarrer und Dechanten  
von M.Gladbach,*

in Hochachtung und Dankbarkeit

gewidmet.





F. L. G. 986

Quellen und Beiträge  
zur Geschichte  
der  
Benediktiner-Abtei des hl. Vitus  
in  
**M. Gladbach.**

Gesammelt und herausgegeben

von

**Peter Ropertz,**

Pfarrer von Ehrenfeld.



**M. Gladbach.**

Druck von Franz van Oberger.

1877.

cc. 82/03



+ K. v. H. G.  
J. Sp. G. 986  
E  
Bzn



## Vorwort.

---

Der verstorbene Mitherausgeber des verdienstvollen Buches: „Die Benediktiner-Abtei M.Gladbach. Köln. 1853“, Herr Konrad Noever, hatte seit einer Reihe von Jahren mit vielem Glück eine Menge von Documenten zur Geschichte der genannten Abtei gesammelt. Näheres darüber findet sich in einem Aufsätze des Herrn Prof. Eckertz in den Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein, I. Jahrgang. II. Heft, Seite 266. Mit alleiniger Ausnahme des alten Necrologium ging die werthvolle Sammlung durch einen unglücklichen Brand im Jahre 1866 zu Grunde. In meiner früheren Stellung als Kaplan in M.Gladbach habe ich mich bemüht, das Verlorene nach Möglichkeit zu ersetzen und wenigstens in treuen Abschriften zu sammeln, was an Quellen zur Geschichte der Abtei noch zu finden war. Vielseitig geäußertem Wunsche folgend, übergebe ich das Gesammelte hiermit der Oeffentlichkeit. Zwar findet sich darunter Vieles, was früher bereits durch den Druck bekannt geworden ist, ich habe jedoch keinen Anstand genommen, dasselbe auch in das vorliegende Buch aufzunehmen, einestheils, um das erhaltene Material möglichst vollständig zusammen zu stellen, andernteils, weil das bereits

Herausgegebene sich nur sehr zerstreut und meist in grössern, schwerer zu beschaffenden Sammelwerken vorfindet. Nur die beiden Necrologien habe ich nicht aufnehmen können, sie sind gedruckt bei Böhmer, Fontes, III. p. 357, und in den oben angeführten Annalen, VIII. Heft, S. 189.

Allen, welche mich bei der Zusammenstellung und der Herausgabe des Buches freundlichst unterstützten, insbesondere dem Herrn Archivrath Dr. Harless in Düsseldorf, sowie dem Herrn Kaplan Ibels in M Gladbach, sage ich hiermit besten Dank.

Ehrenfeld, den 16. November 1877.

Ropertz.

---

# Historia foundationis

monasterii sancti Viti martyris

in

GLADBACH

auctore

Henrico abbate

*in ordine sexto.*





Die nachfolgende Gründungsgeschichte rührt von einem ungenannten Mönche des Gladbacher Klosters her, welcher seinen Bericht auf Mittheilungen des Abtes Henricus (gest. 1066) zurückführt und sich für die Treue, womit er das von diesem Gehörte wiedergibt, auf den Abt Wolphelmus (gest. 1091) beruft. Darnach bestimmt sich die Zeit der Abfassung.

Die historia foundationis ist in zwei Handschriften erhalten, von welchen die eine aus der Zeit des Abtes Jakobus von Selghen (gest. 1583), die andere aus der des Abtes Goirmans (gest. 1635) herrührt. Erstere befindet sich im Pfarrarchiv zu Gladbach, letztere unter den farragines Gelenii im Stadtarchiv zu Köln.

Gedruckt ist dieselbe bei d'Achery Spicileg. tom. XII, Binterim und Mooren, Alte und neue Diözese Köln, III. 41., Perz, VI. script. IV., Böhmer, fontes rerum germ. III. 349, Fahne, Chronik der Abtei Gladbach. Dem vorliegenden Abdruck liegt die Gladbacher Handschrift zu Grunde, welche mit der zu Köln befindlichen, sowie mit dem Abdruck bei Perz verglichen worden ist.

---

**I**ncipit Μικρολόγος ἀπλαστος (sermo brevis, non fictus, vel sine dolo, vel simplex) de priori et posteriori ecclesie et monasterii Gladebacensis constructione.

In domo patrisfamilias habentur vasa multiplicia, communiter quidem sed differenter necessaria. Nam cum quedam ad gloriam quedam vero sint ad contumeliam, que videntur viliora, sepe probantur utiliora, contraque que cariora, minus utilia. Sunt quippe aurea et argentea in divitum thecis diligenter reposita, sunt lignea et testea divitum et rusticorum usibus eque ministrantia. Hec ergo preciosiora, illa vero sunt utiliora.

Sic sic nimirum dialecticorum et rhetorum astutia serpentina sapientibus solis, simplicitas vero columbina doctis simul patet et indoctis. Unde nos consulentes simplicioribus, intentionis nostre seriem humili stylo descripsimus, succingentes eam et rusticitatem devitantes quam maxime potuimus, ne sermo gravis vel nimis horreret incultus, aut ultra modum fastidium generaret productus.

Verum ne quis iuniores nos, quod non accepimus finxisse calumnietur, relatores habere veracem gloriamur, cui non nos solum, sed testimonium dicunt, quotquot eum noverunt.

Abbas enim Henricus, cum veneratione nominandus, huius historioline nobis auctor extitit, qui et tantos testes nominavit, quantos in ipso de quo agimus monasterio abbates vel seniores probatos fuisse contigit.

Habemus autem nos cum multis aliis idoneum testem dominum Wolfhelmum monasterii Bruvilerensis abbatem, cui pro religionis et sapientie reverentia fides est maior adhibenda, qui a prefato venerabili viro tanto enucleatius omnia percepit, quanto familiarius cum eo, utpote cum avunculo suo, conversari meruit.

Scribere vero proposuimus monasterium illud Gladebacense revelatione divina constructum, qualiter quotiensque sit, invidia instigante, destructum et inhabitantes cum abbatibus pulsati atque transmigrati, donec demum in miserendi tempore, sanctissimo patrono nostro Vito interveniente, licet non in pristinum statum, utcunque tamen est, reformatum atque stabilitum. Sed his ad exhortandam lectori fidem simul et legendi curiositatem prelibatis, ad exordiendam accingamur materiem narrationis.

I. Recordationis ergo piissime Gero successor datus Folmaro Coloniensi archiepiscopo, cura pastoralis solerter invigilavit gregi sibi commisso. Bonis enim pollens moribus, per cuncta laudabilis, non a se, sed est a Deo commendatus. Cum autem, quam ruminabat sedulus devotionem, in aliquam Deo placitam transferre conaretur actionem, revelatum est ei divinitus, quod in colle consito nemoribus, rivulo preterfluente, Deo et precioso martyri Vito monasterium deberet construere, cenobiali regulariter informandum religione.

II. Pontifex itaque Deo plenus, divine voluntatis executor haud tediosus, de cenobio sancti Maximini, unde tunc temporis monastice vinee virtutum botros germinantis odor longe lateque respergebatur floridus, virum concevit strenuum prelibato operi preponendum, disciplinis regularibus apprime eruditum, no-

mine Sandradum, cui cum proprie voluntatis divineque panderet ordinem revelationis, placuit in commune, singula diocesis sue loca circuire, sic forte locum a Deo preelectum inventum iri.

III. Exeuntes ergo exploratores pii, actiones suas postulabant Deo aspirante preveniri et adiuvante prosectum iri. Multis perinde Saxonie locis indagine curiosa-circumspectis, Leigelingon devenerunt, ubi aliquamdiu immorandum decreverunt. Ibi ergo post corporum recreationem, facta deambulatione, perspicaciter desiderantes considerare, locum invenerunt, ut eis visum est visioni congrue respondentem, fluviumque Wupperam prope fluentem. Leti ergo admodum effecti et quod votis omnibus querebant, se invenisse rati, Domino, qui se puris manibus et mundo corde invocantibus semper presto est, laudes dicunt moxque monasterii officinarumque spacium vallo cingunt.

IV. Verum omnipotens Deus, qui pia fidelium vota clemens dignatur intueri, passus non est eos incassum diutius fatigari, sed aperte signavit, non hunc esse locum, quem antistiti devoto construendum premonstravit.

Nam cepto opere et iam iamque in dies proficiente, nuncii venerunt imperatoris Ottonis secundi, post obitum patris in administrationem monarchie recens ordinati. Quorum adventu gratulabundus episcopus, ut humani mos est ingenii in rebus agendis amicorum favoribus delectari, accepta legatione precepit solito maturius mensam parari. Et omnibus affluenter epulantibus nunciisque regiis contra episcopum honorabiliter residentibus, — unus enim ex ipsis clericus, et alter erat laicus, — misit eis antistes iecur cervinum lautius curatum. Erat enim tempus autumnale, quo venatio imminet cervorum precipue. Laico autem carnem incidente sepius, clericus incisam rapiebat avidius, donec quasi iocando laicus cultello vulnus in genu levissimum infixit clerico moxque cum brevi sanguine in ipso mors est subsecuta momento.

V. Stupentibus vero, qui aderant universis et de eo quod

acciderat mente consternatis, varia quoque modo vulgi opinione gentili conferentibus, spiritu sapientie et intellectus repletus episcopus, silentio facto, in hec verba est concionatus: Nemo fortuitum putet, ut vulgus garrit indoctum, vel fatale, quod in presentiarum cernitur contigisse. Fatum enim vel fortuitum nihil esse constat, sed providentia divina rite, que condidit regit proprioque motu dispensat. Quod si homo rationalis apertos semper teneret oculos mentis, vigilans ad adventum iudicis, nequaquam ita formidabiliter incideret in subitanam foveam. mortis. Nam premonens in evangelio Dominus ait: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Quia ergo et venture mortis tempus ignoramus et post mortem operari non possumus, superest ut ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim, sic mors ipsa cum venerit vincitur, si priusquam veniat, semper suspecta timeatur. De huius autem fratris nostri iudicare non permittimur casu repentino, sed eius, qui omnia novit antequam fiant, reservamus iudicio. Verum futurorum prescius Deus revelans arcana, que nulla sui perspicacitate mens providet humana, nobis servis suis ostendit, que hoc in loco incepimus, non sibi voluntaria. Non enim credendum, quod hunc locum in constructionis initio tam stupendo sineret pollui homicidio, si inhabitationis monachice dignaretur insigniri privilegio. Nam sicut monachis mundo mortificari solique Deo vivere manet arduum votum, sic habitationes eorum mundas et sine pollutione nefaria vel criminali sollicitudo debet providere constructorum et custodire pastorum. Unde quia nec hunc elegit Dominus locum, voluntati eius per omnia parendum et ad alia censeo emigrandum, sperans in bonitatis eius clementia, quia quod cepit in nobis bonum perficiet. Et nunc quidem pro humane sortis miseria nobis est in commune dolendum simulque orandum, ut pius Deus et exorabilis, hunc famulum suum ab omnibus absolvat peccatis, quem occulto suo iudicio tam terribiliter casu preveniri permisit mortalitatis.



VI. Et orante qui aderat populo corporeque defuncti a commilitonibus ad alia translato, rursus antistes infatigabiliter conatur redintegrare laborem, quem per divinam relevandum sperabat consolationem.

Ita denuo moventes inde, citra Rhenum statuerunt inquisitionem facere et multa pretereuntes, ultra terminum diocesis, appropriaverunt Molensium fines. In ipsis ergo finibus mons erat incultus, nemorum densitate opacus, ecclesie veteris vix ostentans ruinas et habitationes iam dudum pene neglectas.

VII. Fertur ab antiquioribus, Caroli magni temporibus Baldricum quendam de regni primoribus, in isto monte fabricasse ecclesiam et cum preciosissimis sanctorum reliquiis cumque sufficientibus redditibus velut sponsam dotasse pulcherrimam. Postea vero, primo Ottone annum XVII. in sceptris agente Ungarorumque nefandissima gente, peccatis exigentibus, Galliam Germaniamque devastante et ad istas partes appropiante, custodes ecclesie sanctorum reliquias in grandi cavato lapide, quem hodie cernere licet, supposuerunt terre, quatenus, sicuti evenit, si se tueri non prevalerent et sua, saltem non permetterent margaritas et sancta suis canibusque procalcanda.

VIII. In istius ergo montis habitatione dum consisterent circa Nonas Julii, occupato in aliis episcopo venerabili, vir religiosus Sandradus secundum consuetudinem egreditur ad explorandum situm loci. Ubi dum rivulum cerneret preterfluentem ad radices montis vallemque fontibus undique scaturientibus habilem piscinis, intellexit vir Deo deditus, hunc locum sancto episcopo revelatum divinitus. Et exhilaratus corde pontificem advocavit concite, ostendens ei ex visionis consonantia loca diu desiderata.

IX. Exultantes autem letitia spirituali, triduo ieiunio condixerunt inspiratoris bonorum omnium clementiam invocari, quatenus aperta signaret ostensione, si hunc montem construi pontificali prefigurasset visione. Celebrato siquidem ieiunio, tertiam noctem pervigilem ducentes, audierunt circa galli can-

tum spiritus beatos in loco, quo nunc est oratorium in honorem sancti Viti martyris, antiphonam huiusmodi dulcissima modulatione canentes: „Beatus Vitus illesus ab igne clibani decantabat: Probasti me, Domine, sicut aurum igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas.“

X. Mane autem facto retulerunt utrimque quod audierant cum nimio congratulationis gaudio, et certi iam facti de oraculo accinxerunt se viriliter operi mox futuro. Sed in operis Deo placentis augmentum, celestem terra protulit thesaurum. Nam sapientes architecti fodientes circa obsequii angelici, quod per ceperant noctu locum, invenerunt — gloria tibi Christe! — lapidem supra memoratum, in quo preciosissimorum martyrum condebantur reliquie, Viti, Cornelii, Cipriani, Chrisanti et Barbare.

XI. Antistes itaque beatus in agendis que Dei sunt nescius moram pati, coadunavit undique fratres spiritu ferventes et orationi instantes, Domino servientes, quibus iam pridem probatum in abbatem ordinavit Sandradum.

Sic ergo habitatione celesti fundata lapidibus vivis, Deo devotus pontifex haud segniter instabat oratorio monasterialibusque officinis, donec pro voto suo complevit et in honore Salvatoris mundi, sancte Marie, Viti, Stephani protomartyris, Georgii, Gangolphi, Cornelii, Cipriani, Chrisanti et Barbare dedicavit et redivitibus pro fratrum necessitatibus sufficientissime cumulavit. Fidelis enim dispensator considerabat prudentissime, theoricen regularis vite nullatenus uniformiter constare, nisi sufficiat abbas singulis omnia necessaria tribuere, nullique licitum vel opus esse quid proprietatis habere. Apposita enim forma cui imprimantur, primitivam illam ecclesie nascentis institutionem votive monachi emulantur, ubi omnia erant communia et multitudinis credentium cor unum et anima una.

XII. Igitur antistes gloriosus, divina se comitante gratia voti compos effectus, a se monasterium constructum auctoritate propria haud satis firmum ratus, stabiliri munificentia regali

et sedis apostolice privilegiis elaboravit insigniri. Unde quamdiu ipse in corpore vixit, locus cum congregatione apud Deum et homines crescendo profecit.

XIII. Postquam vero domus eius habitationis huius est dissoluta, ut aperiretur ei in celis edificatio non manufacta eterna, consensu totius plebis et cleri Warinus sedi inthronizatus est pontificali. Huius ergo cum detractorum lingue pulsarent aures assidue, coëgerunt illum odio vehementi predictum abbatem Sandradum insectari, mussitantes a viro venerabili plus servitii impendi episcopo Leodiensi quam sibi, presulum etiam quemque propriam rectius edificare parochiam, quam alienam. Locus enim ipse tunc temporis Leodiensis extitit diocesis. Abbas autem venerandus utpote quem virtutum omnium mater erudiebat discretio, utrique sine querela iure subdebatur proprio.

Emulorum siquidem non prius destitit obtrectatio, quam beatum virum innocenter depelli persuaderent episcopo et eius in loco non eque dignum quandam sine consecratione subrogari Meginhardum.

XIV. Venerabilis itaque Sandradus non victus a malo, sed vincens malum patientie bono, invidie cessit et ad imperatricem Adelheidem, cui etiam coniunctus erat confessionis familiaritate, secessit.

A qua benigne susceptus, monasterio est Witzimburgensi propositus. Ubi cum vir Dei conversaretur inreprehensibiliter, subditos regens prudenter, credita dispensans fideliter, ad cenobium, quod sibi primum quasi sponsam desponsavit carissimam suspiravit frequenter. Deo autem miserante et imperatricis supradicte sedulitate mediante, non est ab anime sue desiderio fraudatus, sed honorabiliter ab Agrippinensi metropolitano revocatus, in locum et gradum est pristinum restitutus.

XV. Verum pastore absente mercenarioque superius notato presidente, ovium Domini facta est luctuosa dispersio, rei familiaris, librorum, reliquiarum prediorumque distractio, ita ut

abbate reverso coadunataque congregatione, in maxima licet penuria servirent Domino, tamen sine murmuratione. Sic itaque vir ille Deo devotus in mundi huius incolatu pressuris variis et tribulationibus velut aurum in fornace probatus, precastigatum coelo reddidit spiritum cum sanctis eternaliter gavisurum.

XVI. Igitur secundo loco regimen sepedicti monasterii suscepit Folradus, vir in divinis et humanis valde idoneus, ex clerico monachum professus, sed paupertinis quas offenderat rebus nimis coarctatus. Instabat tamen strenue diruta restaurare, ab antecessoribus cepta complere, imperfecta queque secundum posse perficere.

XVII. Inter hec vero dominus Warinus diem clausit extremum et pontificatus successorem reliquit Evergerum. Qui per austeritatem, que sibi admodum familiariter adhebat nimiam, in predecessoris sui ivit sententiam inconveniens a se Leodiensem edificari parochiam, cum vix sufficeret digne dispensare propriam. Exinde consulto cum primoribus habito, mature acceleravit facto. Denique Folrado abbate cum omni sancti Viti advocata congregatione, misit eos in monasterium sancti Martini, quod est Colonie, ut professis vel expulsis paucis quos invenerant canonicis, ibidem instituerent vite normam regularis. Predia vero cum ecclesiis multis idem Evergerus suis distribuit militibus, que beate memorie dominus Gero fratribus donaverat Deo militantibus. Ita ergo, licet invitis cenobii Gladebacensis abbate et fratribus Coloniam translatis, reductus est in solitudinem locus antea desideratus.

XVIII. Suggestentibus itaque, qui nosse poterant ex familiaribus antistitis, reliquias sanctorum in sepedicto monasterio preciosissimas haberi, nec eas expedire dare neglectui, prepositum domus sancti Petri Wezelinum direxit, iniungens ei, que possent inveniri, sine mora transportari. Unde factum est, ut predictus prepositus die noctuque haud segnis iter acceleraret. Cum vero iter agens noctu cum sanctorum pignoribus festina-

ret reverti, contigit dominum antistitem somno depressum gravi, per visionem rapi iudicarioque tribunali terribiliter sisti. Ubi dum sancto Vito agente pro monasterii sui destructione supplicii esset antistes adiudicatus gehenne, pastor pius ecclesie generalis patronusque Coloniensis specialis sanctus Petrus eo tenore sua suscepit cum fide dictione, quod cenobium predictum cum omni deberet affectu reedificare, si ipsius patrocinio supplicia deputata mereretur evadere. In hec fideiussionis verba dimissus et ab illo horribili pontifex est somno solutus.

XIX. Expergefactus autem statim de lecto prosilivit et unum e pueris ministratoriis excitavit, imperans equo conscenso obviam properare preposito, ne cum reliquiis tenderet ulterius, sed si de suimet curaret salute carnis aut spiritus, qua tulerat eas referret quantocius, se enim non prius aiebat requieturum, quam sciret eum reversum. Puer vero dum properaret secundum domini sui iussionem, invenit prepositum ad duo fere ab urbe milliaria contra se alacriter festinantem. Cui dum protinus legationem daret, nec posset exprimere quid significaret, precipiens se ibidem sequaces suos cum reliquiis operiri, statuit per se ipsum, quid hec mandata portenderent, experiri. Cunctis ergo ad sarcinas relictis, solus cum puero ad conspectum properavit antistitis. Cumque coram introisset et quenam subita sententie prioris permutatio requisisset, acceptis pro re paucis, accelerare cursum perurgetur itineris. Egressus igitur prepositus ita festinavit concitus, ut repositis in Gladebach reliquiis, ipsa die Coloniā ad colloquium reverteretur antistitis.

XX. Mane igitur primo, habito cum familiaribus consilio, pontifex abbatem advocavit Folradum, obnixius eum deprecans ad suum cum fratribus redire monasterium. Verum lacrymabiliter abbas querebatur de monasterii destructione, divina constructi revelatione, dicens admodum pertesum se totidem transmutationum. Tum vero devotum episcopus vovit votum in pristinum statum locum sanctum velociter restaurandum et ad suam diocesim ab episcopo Leodiensi mutuandum et quidquid

ipsius ecclesie prediorum nondum fuisset dispersum vel quod ipse posset undecunque precario vel quoque pacto colligere, sancto Vito donandum sine retractione. Sic denique demum abbati satisfactum est venerando, ut ad proprium monasterium cum unanimi fratrum reverteretur collegio.

XXI. Interea haud secus ac voverat reparando monasterio pontifex instabat, quod quia festinato perficere studuit, cum nullo ornatu, sicut est hodie, perfecit. Sed et parochiam non distulit mutuare, pro duabus ecclesiis, id est pro Gladebach et Reithe donans tres, Tegelon, Ludebracht et Vennelon. Verum quia non multo post supervixit, pauca predia colligere potuit, que tum ipsa sancto Vito secundum votum suum donavit. Unde factum est, ut fratres inibi Domino servientes, magnam necessariorum licet sustineant penuriam, gratias tamen semper agentes Deo, placitam supportent patientiam. Deus enim spei et solatii, qui replet omne animal benedictione, adimplet eos omni gaudio et pace in credendo, ut abundant in spe et Spiritus sancti virtute.

XXII. Libet autem in opusculi fine iterato lectorem admonere sollicitus, ne a nobis preiudicet ficta que diximus. Fidelis autem ipse consideret fideliter, hanc ab omnibus estimationem fuisse beati viri, qui eum nosse poterant familiarius, quem nobis relationis huius autorem prelibavimus, ut nec sine magna sicut credimus offensa perhibeatur ipse de talibus presertim voluisse mentiri, nec a quoquam sinistrum quid impune de eius persona possit confingi. Testamur vero Dominum, quem scrutatorem cordis et renum nullum scimus latere secretum, quia sicut ab ipso audivimus, vel a fidelibus eius auditoribus postea commoniti percepimus, nudam veritatem prosecuti sumus, ad laudem eius et gloriam, qui digne laudandus, in sanctis suis personis trinus, sed Deitate unus, vivit et regnat Deus per infinita seculorum secula. Amen.




Petri Sybenii abbatis

de


monasterio sancti Viti

in

GLADBACH.



Petrus Sybenius war in Dahlen geboren im Jahre 1596, legte im Kloster zu Gladbach in dem Alter von 20 Jahren Profeß ab, wurde 1625 Pfarrer zu Dülken und 1635 zum Abt erwählt, er starb am 14. Oktober 1659. Seine nachstehende, bis jetzt ungedruckte Schrift de monasterio sancti Viti in Gladbach, befindet sich im Pfarrarchiv zu Gladbach.





**A**nno Christi 795, qui fuit regni Caroli magni 27., basilica Aquisgranensis ab eodem Carolo exstructa et postea per Leonem eius nominis tertium, summum pontificem, dedicata fuit. His iisdem annis prior ecclesiae seu monasterii huius in finibus Molensium fundatio, structura et dedicatio facta est in honorem sancti Viti a Balderico quodam, comite ex regni Franciae primoribus, ex regio sanguine nato et Hitta eius uxore, in monte inculto nemorum densitate opaco. Testatur hoc vetustissimus defunctorum huius loci catalogus, qui fugientibus literis vix legi potest, cuius memoria celebratur Kalendis Octobris. Testatur idem antiquissimus manuscriptus libellus, cuius titulus incipit: Μικρολόγος ἄπλαστος. Quod ita a se aedificatum monasterium, dictus comes preciosissimis sanctorum reliquiis et sufficientibus ditavit redditibus.

Anno 954, qui fuit regni Ottonis primi 17., Hungaris Galliam Germaniamque devastantibus, haec prior monasterii aedificatio per eosdem destructa est, reliquiis antea per religiosos monasterii sub cavato lapide, in loco capitulari adhuc hodie iacente, suppositis et absconditis. Testatur id praefatus manuscriptus liber.

Anno Christi 948, qui fuit imperii Ottonis primi 11., Gero marchionis Lusitaniae filius, ex illustri Saxonum familia ortus, 27. ecclesiae Coloniensis episcopus efficitur, sedit annis septem. Testantur id annales episcoporum Coloniensium. Hic divina revelatione admonitus ad instaurandum hoc monasterium in honorem Dei et sancti Viti martyris, destructum annis circiter 22., et foundationis primae circiter 180., invento ibidem, praemisso triduo ieiunio, capite sancti Viti, Laurentii aliisque

plurimorum sanctorum reliquiis, anno 972 operi se accinxit. Testatur id vetustissimus defunctorum catalogus ad 3 Kalend. Julii et antiquissimus praefatus manuscriptus libellus, et chronicon Coloniense, et antiqua manuscripta tabula, quae sic habet: „Dum nongentenus sexagenus duodenus annus erat, Christe tibi fundatur locus iste.“ Et dotato praediis et agris constitutoque ibidem monachorum collegio, primum abbatem illis praefecit sanctum Sandradum, coenobii sancti Maximini prope Treviros professum fratrem. Testatur id praedictus defunctorum catalogus ad 9 Kalend. Septembris. Et ex eo tempore dictus est locus iste Gladbach, a praeterfluente ad radices montis in quo monasterium extat exstructum rivulo, tendente contra solis ortum lubrici torrentis, quasi „Glattebach.“

Historia foundationis huius monasterii ab Henrico sexto huius monasterii abbate scripta sic habet:

„Recordationis ergo piissime Gero“ et seqq. (v. pag. 2.)

### **Sanctus Sandradus,** primus huius loci abbas.

Hic abbas fuit vir strenuus et eruditus in disciplina ecclesiastica et teste Trithemio in libro de viris illustribus ord. sancti Benedicti lib. III. c. 31. b. fuit vir sanctissimae conversationis et regularis disciplinae cultor insignis virtutumque suarum plura fertur monumenta reliquisse, cuius festum celebratur 9 Kalend. Septembris. Meminit et huius abbatis Usuardus monachus in suo martyrologio, quod scripsit ad Carolum magnum imperatorem, \*) cujus haec sunt verba: „Nono Kalend. Septembris Sandradi abbatis primi monasterii in Gladbach, confessoris.“ Mortuo Gerone anno septimo pontificatus sui, et subsecuto Warino, alias Walramo, Coloniensi episcopo anno 980, qui fuit osor sancti Sandradi atque monasterii, detractorum lingua stimulatus, quod potiora Leodiensi, quam ipsi

\*) Usuardus widmete sein Martyrologium nicht Karl dem Großen, sondern Karl dem Kahlen, im Jahre 876 oder 877.

servitia praestaret, cum locus esset tunc temporis dioecesis Leodiensis, et rectius putaret aedificare propriam, quam Leodiense solum, magnas ipse Sandradus ab eodem persecutiones, et multa monasterium damna sustinuit tandemque a sede sua ab eodem eiectus et indignus quidam, Meginardus nomine ipsi substitutus est, quo facto fugit ad imperii reginam Adelheidem, cui quondam a confessionibus fuerat, et factus est abbas Wirzeburgensis, donec tandem intercessione Adelheidis honorifice ab archiepiscopo loco suo restituitur. Historiola Henrici sic habet: „Postquam vero domus eius habitationis“ et seqq. (v. pag. 7.)

Depositio eius servatur 9 Kalend. Septembris.

### **Folradus, II. abbas Gladbacensis.**

Post Sandradum sequitur Folradus, secundus abbas ab hac restauratione Geronis episcopi, qui ex clerico monachus factus, vir doctus, pius et potens coepta Sandradi et pro posse munus suum obire satagit, sed obstitit ipsi Evergerus, post Warinum subsecutus Coloniensis episcopus anno 989, qui austerus, primo multa monachis incommoda et damna intulit atque Leodiensis cathedrae renuit reparare iura et magis eligens bene velle in propriis, tandem abbatem una cum religiosis suis fratribus ex hoc monasterio avocavit et relegavit eos ad monasterium sancti Martini intra Coloniam, inde eiectis reliquis, pro sua gravitate. Bonorum vero, quae Gero egenis Christi militibus donavit, maximam partem ipse distraxit eamque militibus suis turpiter distribuit sicque locus iterum factus est desertus sicut antea fuit. Historiola Henrici sic habet: „Igitur secundo loco“ et seqq. (v. pag. 8.)

Ut autem locum hunc et adiunctum locum Reidt, huic loco inhaerentem, Coloniensi dioecesi subiiceret, mutuavit atque dedit pro eis tres pagos, Venlonam scilicet, Lubroch et Tegelen, qui locus Reidt postea dominis in Reidt in feudum a monasterio datus est, uti in antiquis feudalibus libris patet. De-

positio eius, ut ex antiquissimo defunctorum catalogo patet, celebratur 6 Kalend. Maii.

**Obertus**, III. h. l. abbas.

Post hunc Obertus succedit tertius h. l. abbas. Depositio eius celebratur 4 Nonas Julii.

**Folbertus**, IV. h. l. abbas.

Hic abbas fuit familiarissimus sancto Heriberto archiepiscopo et electori Coloniensi, primo cui etiam sanctus praesul Heribertus mortuus apparuit obitusque sui diem praedixit. Ob exemplarem suam conversationem et propter egregiam vitae conversationem suam et dilectionis abundantiam sanctus Heribertus eidem commiserat etiam monasterium sancti Pantaleonis intra Coloniam et monasterium suum Tuitiense, quod recenter ipse construxerat. Huic per omne tempus vitae continuum pene fuit matutinos praeveneri hymnos solitariisque vigiliis psalmos decantare Davidicos, fuit multorum monachorum pater et singularis amator silentii, ad quod inter caetera fratres suos maxime hortabatur, obiit anno 1021, 28 Kal. Maii (vid. Laur. Surium in vita sancti Heriberti, circa diem 26 Martii) cum magna opinione sanctitatis. Sub hoc abbate anno 1006 Weringerus huius monasterii professus, ab Ansfrido comite Teys-terbandiae, Bratuspandium et Hoyensi domino de Altena, postulatus est in abbatem monasterii noviter a se exstructi, dicti Hohorst prope Amersfordium, nunc in urbe Ultraiectina siti, cum duodecim huius loci fratribus, (de quo vide Hubertum Miraeum in libro de origine coenobiorum Benedictinorum in Belgio. e. 31. p. 105.)

**Arabo**, V. h. l. abbas.

Depositio eius servatur 6 Nonas Julii.

**Henricus**, VI. h. l. abbas ac monasterii sancti Pantaleonis.

Hic abbas fuit avunculus sancti Wolphelmi abbatis subse-  
quentis et auctor historiae de fundatione monasterii huius, quam  
collegit ex annalibus et manuscriptis libris. Depositio eius ser-  
vatur 6 Kal. Septembris.

**Sanctus Wolphelmus**, VII. h. l. abbas et III. Brauweilerensis abbas.

Hic ex illustri familia natus in pago Ripuariensi dioecesis  
Coloniensis, primo factus canonicus summi templi, post mo-  
nachus apud sanctum Maximinum Trevirenses, inde evocatur  
ab archiepiscopo Coloniensi, avunculi sui abbatis sancti Pan-  
taleonis et huius monasterii providentia commendatus. Qui  
videns eum assuetae solitudinis inhaerentem studio, frequen-  
tiam eum audiendi et videndi causa undique concurrentium  
habere fastidio, urbe eductum praeposuit huic monasterio, cuius  
utilitatibus strenuam suae sagacitatis curam impendit. Post-  
modum voti solvendi causa Romam profectus est et inde re-  
versus ab Annone episcopo Coloniensi, monasterii Sibergensis  
fundatore, ob sanctitatis eius notitiam eidem loco praeponitur.  
Sed quum sanctus Anno eundem divinae contemplationi videret  
plane deditum, et activae vitae, talibus initiis pernecessariae, om-  
nino expertem, eduxit eum in Brauweiler, ad locum solitudini  
eius competentiore eidemque abbatiae iam pastore viduatae  
praecepit, cuius curam sine propositi detrimento facilius explere  
posset; (v. Surium, in vita eius circa 22. Aprilis). Exstat  
huius viri docta epistola adversus haeresim Berengarii ad suc-  
cessorem suum in Gladbach, abbatem Meginardum data, qui  
quasi filius patrem, scriptis consuluit super huius quaestionis de-  
finitione. Multas propter legatum ecclesiae suae bonum passus  
est persecutiones, quas patienter et invicto animo semper sus-  
tinuit. Obiit anno 1091, 10 Kalend. Maii.

**Meginardus**, VIII. h. l. abbas.

Hic possessiones ecclesiae, ut habetur in literis monasterii sigillatis de anno 1116 minoravit, nam quadraginta solidos, sumptos e pecunia, quae singulis annis in hac ipsa villa Gladbach in festo purificationis sanctae Theotocos persolvebatur, cuidam Wenero pro beneficio constituit. Depositio eius celebratur 6 Nonas Julii, ut habet antiquus defunctorum catalogus.

**Adelbero**, IX. h. l. abbas.

Hic, ut habetur in literis monasterii sigillatis de anno 1116, emit domum, quae fuit Ruhonis cum appenditiis, scilicet vinea, toreulari, curte et sex partibus vinearum in montanis, in villa Celtanch, item medium ortum vineae, qui appendit domui eiusdem viri praedictaque bona donavit fratribus et filiis suis pro suo et successoris sui Christiani abbatis anniversario. Depositio eius celebratur pridie Idus Aprilis.

**Christianus**, X. h. l. abbas.

Hic fuit, ut dicitur in literis Friderici Coloniensis archiepiscopi de anno 1116, quo et tempore vixit, ecclesiae Gladbacensis fidelis et prudens dispensator et ob amorem Dei et omnium sanctorum et gloriam aeternae beatitudinis promerendam et ut animae eius recordatio libentius ac frequentius a filiis et fratribus sibi commissis ageretur, res ecclesiae de die in diem plurimum augmentavit, inter caetera auxit vineas in Celtanch, emendo a memorato Ruhone duas adhuc partes vinearum, quarum reditus in die depositionis suae disposuit distribuendos pro inopia monasterii et refectione fratrum et pauperum. Item redemit rem ecclesiasticam, quadraginta scilicet solidos, quos antecessor eius Meginardus pro beneficio cuidam Wenero constituerat. Item appretiatus viginti quatuor iugera

vinearum in Rasichem, et undecim marcas a quodam Theodoro, et dimidiam a quodam Berthulpho acquisivit et ecclesiae restituit.

**Walterus, XI. h. l. abbas.**

Depositiō eius celebratur 15 Kal. Decembris.

N. B. Sequitur post Walterum ante Rubertum Everwinus, ut patet ex literis abbatis Wilhelmi Rouuer, von *Wediſchem* *Behende und Frohnhoff*, v. *pfachtbuch* A. fol. 193.

**Rubertus, XII. h. l. abbas.**

Sub hoc abbate anno 1170 fratres sancti Viti compararunt allodium Rachesleide, quod dicitur ad fossam, hodie *Kuihlenhoff*, ad octodecim iugera agri, ab Alardo de Tuschenbroch et Geldolpho patruo eius de Brederode et eorum haeredibus quod allodium tunc temporis erat feudum ducis Limburgensis, qui per ramum viridem quidquid iuris in praedicto feudo habuit, tradidit monasterio et obtulit cum chirotheca sua super altare sancti Viti. Hic etiam redemit beneficium Henrici de Kempena, quod habuit apud Hude (forte est Ude) ab ecclesia nostra, quatuor scilicet solidos, qui in Julio ei persolvebantur cum omnibus supercrescentibus de eodem beneficio illudque fratribus ad caritatem constituit pro anniversario Gepae abbatisssae ss. Virginum Coloniae in octavis Paschae plene celebrando. Depositiō eius servatur Nonis Februarii.

**Luewinus, XIII. h. l. abbas.**

Alii eum Everwinum vocant et post sequentem abbatem Walterum in ordine constituunt, sed quod eundem praeceperit, patet ex literis sigillatis monasterii de anno 1183, in quibus Walterus pro eius anniversario tres solidos constituit. Depositiō eius servatur 17 Kal. Augusti.

**Walterus, XIV. h. l. abbas.**

Hic comparavit primo anno ordinationis suae, anno 1183, molendinum, quod vocant *Bulffgens Muhl* (hoc tempore *Beitgens Muhl*) pro suo et diversorum aliorum anniversario et pro augmentando pane fratrum, ut omnibus dominicis diebus et apostolorum festivitibus habeant singuli singulos cuneos, quales emuntur quatuor denariis, et potestate sibi collata anathemate condemnavit in oculis omnium fratrum, qui haec infirmare et immutare praesumpserint, v. literas sigillatas de eodem dato. Depositio eius servatur Nonis Julii.

**Gerhardus, XV. h. l. abbas.**

Hic anno 1205 cum consensu conventus dedit quibusdam hominibus ob diversa monasterio nostro impensa servitia villae *Bon gen Hüne*, liberam facultatem resecandi ligna in nostro nemore, qui dicitur *Kammerforst*, pro necessitate eorum et illos praedictos liberos ac solutos dimisit et proclamavit ab omni onere et servitute eligendi et faciendi decanum et scabinum inter ipsos aut aliquem eorundem, vide literas de eodem dato.

**Hermannus, XVI. h. l. abbas.**

Alii cum Henricum seu Heimericum vocant et sic quoque nominatur in praedicto antiquissimo defunctorum catalogo, sed in literis sigillatis de anno 1210 et 1231 nominatur Hermannus. Hic anno praedicto 1210 comparavit tria molendina et tradidit ea conventui perpetuo possidenda pro abolitione suorum excessuum anathematisque vinculum in eos protulit, qui processum huius donationis, contradictionis obstaculo praepedirent. Depositio eius servatur 8 Idus Martii.

**Gerhardus, XVII. h. l. abbas.**

Hic anno 1231, ut ex literis de eodem dato patet, confirmavit donationem superiorum molendinorum per dominos Wal-



terum et Hermannum abbates conventui factam. Depositio eius celebratur 3 Kal. Decembris.

**Hermannus, XVIII. h. l. abbas.**

Hic anno 1247 decimam ecclesiae nostrae, quae sita est in loco, qui dicitur Heilerstrate, quae per praedecessorem nomine rei pignoratitiae in manus alienas translata erat, denuo redemit et conventui eam legavit, ut ex eiusdem fructibus singulis annis pro fructibus emantur vina, loco vinorum in Mosella venditorum. Hic itidem assumpto Walramo, comite Kesselensi advocato in Gladbach, dispositionem fecit, qua inter parochianos communio lignorum paludis dicti Neerßbroch dividenda sit.

**Joannes Bon Gyle, XIX. h. l. abbas.**

Hic anno 1259, 10. Augusti in literis de eodem dato attestatur wie Hunnig Hoff zwischen der Donk und der Heyden gelegen mitt allen seinen rechten und Zubehoer mitt 55 morgen landts ahn die Pastoery zu Borst von Elisabeth Hunnig geschenkt worden pro suo et suorum anniversario cum missis, vigiliis et commendatione quotannis servando, et si id non fiat, wie obgemelter Hoff wieder zurück ahn Ihr Erben fallen soll.

**Theodoricus, XX. h. l. abbas.**

Hic anno 1261 domum Boeholticam post venditionem bonorum cis Mosellam sitorum, cum omnibus attinentiis conventui pro portione vini in perpetuum contulit collationemque istam sub stola et baculo, coniuratione contra refragarios confirmavit. Idem anno 1262 quosdam ornatus et libros ecclesiae nostrae, nomine pignoris pro necessitate sua exposuit, quos tamen statim denuo redemit. Hoc abbate regnante anno 1269 frater Ludovicus de Kempenich sacerdos et monachus huius loci, suae praebendae redditibus parcius utens, quosdam annuos census perenniter solvendo congregavit, ex quibus in suorum pecca-

minum expiationem, praeter alias multas fundationes constituit, ut una lampas sine intermissione die ac nocte in crypta antearam gloriosi pontificis Nicolai iugiter ardeat. Sub hoc quoque abbate Nicolaus de Niderhoven donavit fratribus unam marcam Coloniensem denariorum, quam donationem praedictus abbas cum sigilli sui et conventus appensione approbavit. Sub hoc itidem abbate orta est lis inter conventum et ipsum ratione bonorum et facta visitatione anno 1292 per dominos abbates Sigbergensem, Brauweilerensem et sancti Pantaleonis, facta est partitio bonorum inter abbatem et conventum. Huic abbati et conventui anno 1293 resignavit quoque Joannes de Seynhals et remisit bona, quae ab ipsis tenebat addiditque in recompensationem omnia bona sua ubicunque sita et proventus. Vixit quoque adhuc anno 1295, ut patet ex literis de dato isto, domum Bocholticam concernentibus. Depositio eius celebratur 11 Kal. Augusti.

**Wilhelmus, XXI. h. l. abbas.**

Hoc abbate praesidente, Walramus comes de Kessel et dominus in Bruggen, nec non et advocatus in Gladbach, recognoscit per literas de anno 1304, se iniusto modo telonium in proprietate sancti Viti construxisse illudque aeternaliter revocat et una cum mansione ibidem facta et cum domo pro ipsius palude in parochia de Gladbach situata ac in divisione paludis ipsi assignata fratribus resignat et supportat, et eosdem humiliter deprecatur, ut Dei intuitu et amore virginis Mariae, de omni iniuria et damno eis per ipsum illato, puro corde et mente effestucare velint.

**Otto de Maclar, XXII. h. l. abbas.**

Hunc abbatem huius loci fuisse, constat ex attestatione quadam scabinorum Kempensium, scripta in pergameno, quatuor sigillis munito de anno 1309, ratione alicuius debiti, quod a praedicto abbate et conventu Gladbacensi exactum fuit.

**Wilhelmus de Helpenstein, XXIII. h. l. abbas,**

condictus tunc temporis Wilhelmus de Billich, ut ex decreto electionis patet. Hic acquisivit titulo iuris haereditarii anno 1311 bona ter *Buider in Hardt*, duo scilicet *maldra siliginis* et octo iurnales terrae arabilis ibidem sitos. Ad instantiam huius abbatis anno 1312 dominus de *Reyda* exemit *den Veitshoff ter Heyden* ac omnia bona a *Nicolao* sacerdote, dicto de *Bechusen*, ab omni iure et servitio quo ipsi obligata erant. Huius abbatis tempore denuo nova ordinatio et distributio bonorum inter abbatem et conventum facta est anno 1315. Sub hoc abbate idem *Nicolaus de Bechusen* una cum fratre suo *Mersilio*, dicto de *Wickeradt*, monacho professo huius monasterii, parili consensu donarunt monasterio curtem suam dictam *Bechusen sitam in villa et parochia Gladbacensi* feudali titulo ad abbatem et conventum praedictos spectantem (nunc *Knopschoff* dictam), cum omnibus suis attinentiis, redditibus et emolumentis et aliis bonis omnibus in pratis, piscinis, pascuis, paludibus, campis et nemoribus anno 1319. Eodem anno quoque *Wilhelmus*, primogenitus domini *Gerhardi*, comitis *Juliacensis*, transtulit omne ius suum et actionem, quod videbatur habere in praedicta villa, eo quod ad dominum de *Bruggen* dicebatur pertinere, in abbatem et conventum. Hic etiam duodecim iurnales sitos *auff der Donf* suis sumptibus procuravit et fratribus donavit anno 1331.

Depositio eius celebratur 14 Kalend. Octobris anno 1334, ut habetur in praedicto antiquissimo catalogo.

**Wilhelmus de Oranien, XXIV. h. l. abbas.**

Hic fuit frater germanus *Siberti de Monte*, ut patet ex literis de anno 1338, ex priore anno 1334 in abbatem electus. Hic abbas anno 1337 una cum conventu redemit *den reyer oder Beeferschoff*, feudum masculinum monasterii una cum tribus curmedis, quinque solidis et quatuor gallinis ad praedictam

villam spectantibus, olim ad dominum in Reydt spectantem.

Sub hoc abbate, anno 1338, cum quidam fratres iuniores propter gratiam nimis largam, scilicet quia illis concedebatur aequalis gratia cum actu sacerdotibus, et ad instantiam dominorum quorundam vel amicorum, nimis mature e scholis ante sacerdotium emancipabantur, tanquam indomiti, iugo regularis disciplinae excusso dissolute vixerunt, discurrendo per villas, frequentando tabernas et ibidem aut alias, res a monasterio acceptas inutiliter exponendo, minor ipsis portio assignata est.

Hic abbas uti dicitur in literis de anno 1340, cum esset zelator disciplinae regularis, ordinavit quoque, ut infirmi non in villa decumbant, ut ante illud tempus, minus honeste et commode, consuetum erat, sed domum prioris illis, cum ipsius prioris et totius conventus consensu, pro infirmario ordinavit, ut ibidem edant et bibant et pro necessitate infirmitatis tractentur, hac tamen conditione, ut cessante infirmitate, ad dormitorium, chorum et refectorium revertantur.

Sub hoc abbate eodem anno 1340, Conradus advocatus de Wiliche donatione irrevocabili donavit conventui quartam partem decimarum maiorum et minorum in Anradt, et Catharina de Wevelkoven monialis legavit conventui tres iurnales terrae arabilis sitos auff der Hoven.

Anno 1342 approbavit dotationem altaris sanctae Barbarae in novo opere per moniales eiusdem monasterii, scilicet duodecim maldra siliginis et unum solidum cum dimidio brab. factam, reservata tum sibi et suis successoribus eiusdem collatione.

Coram hoc abbate transportatio bonorum venditorum iudicialiter facta est et scabini praeter hunc, alium superiorem non cognoverunt, uti patet ex literis de dato 1333 et 1349 *Von verpfachtung der Kessel und festermaaß*, ex eiusdem iussione et praecepto illum sigillarunt.

Obit anno 1366, 4 Idus Aprilis, praefuit vero annis 32,

**Gisbertus de Weltz**, XXV. h. l. abbas.

Hic abbas anno 1374 acquisivit villam et molendinum *ter Rade* a fratre suo Adamo Weltz, item anno 1389 villam nostram sitam in Walthausen a Reinero de Louenich.

Obiit anno 1389, 17 Kal. Aprilis, praefuit annis 42.

**Joannes de Troistorp**, XXVI. h. l. abbas.

Hic anno 1399 pro certa pecuniae summa redemit partem decimarum in Hardt, quondam dictam *Tuschbrocher Zehendt auff der Hardt*, a Lena, relicta vidua quondam Gerardi Huickings.

Item acquisivit anno 1428 decimam in Linnensi territorio situatam, dictam *der Zehendt opper Daet*.

Item curtem suam in gen *Benn* prope Gladbach situatam eamque monasterio perpetuo dedit pro suo et suorum, singulis quatuor anni temporibus, cum missis, vigiliis, commendationibus, orationibus, elemosinis et aliis bonis et piis operibus servando anniversario.

Obiit anno 1428, die divi Augustini episcopi.

**Wilhelmus de Juliaco**, XXVII. h. l. abbas,  
vel potius administrator.

Hic de nobili Juliacensi et Geldriae ducum gente ortus, huius monasterii professus monachus, literarum scientia, vitae munditiae et temporalium circumspectione aliarumque virtutum donis praeditus, uti bulla pontificia docet, a Martino V. papa constitutus anno 1428 in administratorem huius monasterii, postea translatus ad monasterium sancti Pantaleonis, cuius et administrator fuit.

**Wilhelmus Rouer de Weuelinhouen**, XXVIII. h. l. abb.

Hic ex pastore Gladbacensi post translationem Wilhelmi de Juliaco electus est abbas h. l. anno 1424, et multos annos monasterio fidelissime praefuit.

Anno 1421 hic emit villam nostram in Borschemich.

Item testudines huius ecclesiae fieri fecit anno 1450 aliaque multa clenodia huic monasterio contulit.

Obiit anno 1453 in festo sancti Joannis Evangelistae, praefuit annis 26.

**Wilhelmus Rouer de Weuelinhouen**, XXIX. h. l. abb.

Hic post liberam resignationem sui praedecessoris ex priore electus abbas anno 1451, post multa pietatis opera huic monasterio regiminis sui tempore exhibita, prout testatur vetustissimus defunctorum catalogus et 29 annis huic monasterio cum praefuisset, obiit anno 1492, sepultus in sacello sancti Stephani.

**Joannes de Epsendorff**, XXX. h. l. abbas.

Hic abbas considerans statum monasterii propter multorum incuriam et vitae lubricitatem consumi, summopere studuit, se suosque reformationi subiicere Bursfeldensi, quem conatum partim rebelles, partim quoque saeva mors impediverunt.

Hic vicinus morti legavit monasterio pro reparatione et exornatione capellae antiquae B. M. V. in qua et sepultus est, ut in eadem singulis septimanis una perpetua missa celebraretur, 200 florenos, currentis monetae Gladbaensis.

Obiit anno 1505, 4 Idus Januarii, praefuit annis 23.

**Aegidius de Bocholtz**, XXXI. h. l. abbas.

Hic anno 1505 per viam compromissi determinati et limitati ex pastore Dulkensi electus abbas, in spiritualibus devotus, religionis et observantiae regularis zelator praecipuus, in temporalibus circumspectus, multiplicibus castimoniae et sanctimoniae virtutibus insignitus, anno 1510 reformationi Bursfeldensi se subiicit eiusque reformationis observantias cum magno religiosae disciplinae incremento introduxit. Multa exstruxit et renovavit aedificia, ut ex insignibus eius affixis patet, dignissi-

mus, cuius anima sit in iugi benedictione, inauguratus et uti fundi dominus in hanc urbem Gladbacensem anno 1506 introductus et a civitate susceptus est.

Obiit anno 1538, pridie Kal. Maii. Praefuit annis 33.

**Petrus de Bocholtz**, XXXII. h. l. abbas.

Hic abbas, ut ex scriptis monasterii patet, vir fuit generosus, nepos praedecessoris Aegidii ex nobili de Bocholtz, prope Lobbroch, familia, inauguratus et in hanc urbem Gladbacensem uti fundi dominus anno 1539 introductus et susceptus, gratus principibus et ab iisdem ad diversas commissiones obeundas specialiter requisitus.

Obiit anno 1573 ultimo Decembris, praefuit annis 35.

**Jacobus Bon der Seghen Aquensis**, XXXIII. h. l. abbas.

Hic abbas iura ecclesiae huius non satis vigilanter vel non satis fortiter defendit. Inter caetera huius tempore Ist deß Gotteshauß Rays oder pranger auff dem Mark stehend, durch den Churf. Vogt Johann Grein anno 1574 de facto niedergeworffen und ahn desselben orth ein anderer steiner mitt dem Gölischen Wappen in eius absentia cum non exiguo iurisdictionis monasterii detrimento auffgericht worden.

Obiit anno 1582, in festo sancti Bartholomaei. Praefuit annis 10.

**Vitus Ulricus, Gladbacensis**, XXXIV. h. l. abbas.

Hic fuit abbas aeterna dignus memoria, quippe in quo erat humilitas singularis, charitas in egenos et pauperes, autoritas augustialis, qui ascendit ex adverso, ut staret in proelio in die Domini et opposuit se murum pro domo sancti Viti, sed ob brevitatem vitae sub praedecessore suo neglecta restituere non omnia potuit.

Obiit anno 1587, 22. Augusti, praefuit annis fere 4.

**Antonius Odendahl, XXXV. h. l. abbas.**

Hic ex pastore Kempensi electus abbas, postquam 5 annis religiose praefuit, obiit anno 1592, 7. Decembris.

**Theodorus Hülsen, Dalensis, XXXVI. h. l. abbas.**

Hic anno 1592, 14. Decembris electus piissimus et regularis observantiae zelator eximius fratribus et filiis suis verbo et exemplo praciens, regularem disciplinam summopere promovit itaque vixit, ut et domesticae fidei inimici dicerent, se non cum ipso vivere, sed bene mori velle. Liberalissimus in pauperes et egenos fuit ecclesiamque diversis exornavit altaribus et ad aedificationem fidelium excitantibus picturis.

Obiit anno 1600, die 19. Decembris.

**Arnoldus ab Huickelhouen, XXXVII. h. l. abbas.**

Hic electus 1601, 19. Januarii, cum sciret quantum scientia non solum proximis, sed ipsismet illius possessoribus profutura esset, praesertim ingravescente isto tempore haeresi Calviniana, singularis fuit studii fratrum suorum promotor, ideoque eorundem plures post professionem non solum ad studia in gymnasiis continuanda remisit, sed diversos etiam cum non exiguis sumptibus, sed non sine fructu, in ipso monasterio aluit studiorum professores, multas in defendenda iurisdictione passus est oppositiones, sed viriliter in omnibus restitit.

Obiit anno 1619.

**Henricus Goirman, XXXVIII. h. l. abbas.**

Hic praecessoris sui vestigiis insistens, strenuus quoque iurium huius ecclesiae propugnator fuit et in hoc foelicior, quod plurimorum contra principis huius loci officiales, ab ipso principe obtinuerit confirmationes, et si vita comes fuisset, a



pluribus circa monasterii iurisdictionalia, ob suam in similibus dexteritatem, successores suos potuisset liberare dissidiis. Electus est in abbatem anno 1619, obiit anno 1635.

Post hunc secutus sum ego F. Petrus Sybenius, qui hæc collegi ex monumentis monasterii nostri, electus in abbatem anno 1635, in vigilia Simonis et Judae.

---

Multa in hoc monasterio ad reliquias sancti Viti, Laurentii aliorumque sanctorum hic quiescentium edita sunt et adhuc in hodiernum diem eduntur miracula.

Reliquiae quæ in hoc loco asservantur sunt hæc: Ein Stück Vom Hirschal und gebein s. Barbarae.

I. De s. Margaretha, de s. Lucia, de s. Gertrude, de s. Caecilia, de s. Balbina et diversis aliis ss. virginum reliquiis.

II. Particula de tribus regibus, de s. Antonio abbate, de s. Huperto ep., de s. Udalrico ep., de s. Martino ep., de s. Materno ep., de s. Leonardo abb., de s. Aegidio abb., de s. Servatio, s. Gereone, s. Laurentio, s. Christophoro, s. Blasio, s. Victore, s. Valentino et diversis aliis martyribus, de manna filiorum Israel et diversis aliorum confessorum reliquiis.

III. De s. Sebastiano, s. Quirino, s. Georgio, s. Stephano, s. Pantaleone, s. Maurino. De sanguine Domini, de sudario eius ab angelo Mariae Magdalenae ostensae in sepulcro. De sepulcro eius.

IV. De s. Petro, s. Paulo, s. Jacobo, s. Bartholomaeo, s. Mattheo, s. Simone, s. Matthia, s. Thoma et diversis aliis apostolorum reliquiis.

V. Vom Haupttuch B. M. V. Von deren weißem Kleyd. Von s. Joannis evangelistae sanguiner Kleyd cum aliis s. s. reliquiis.

VI. De lapide darauff Christus im garten gebett hatt. De sudore Christi in horto. De vestimento eius in quo ab Herode

illusus est. De purpureo eius vestimento. De syndone damit  
er vom Creutz abgenohmen. De arundine eius. De vase daraus  
er mitt galle getrenft.

VII. De sepulcro s. Catharinae. Pars notabilis virgae  
Moysis qua mare rubrum divisit. De ss. Cornelio et Cypriano.  
Brachium s. Benedicti. Brachium s. Stephani. Caput s. Lau-  
rentii. Caput s. Christinae. Das Hirscheel und stirn capitis s.  
Viti. Sanguis s. Viti ex arido eius osse cum divideretur  
profluens.

VIII. Item brachium s. Andreae. Cingulum s. Catharinae.  
Particula de eius ossibus. Item particula brachii s. Viti. Di-  
gitus s. Nicolai. Bon s. Huperti Panzer annulus. De s. Petri  
ossibus. De s. Pauli ossibus. De s. Bartholomaei ossibus. Di-  
gitus s. Agnetis. De s. Barbarae ossibus. De s. Martha. De  
s. Maria Aegyptiaca. De s. Andrea. De s. Luca. Notabilis  
pars mappae ultimae coenae Domini. Pars scyphi ex quo  
Christus in coena Domini bibit. De spongia eius qua aceto  
potatus. De lancea qua eius latus apertum. Pars notabilis  
de cruce Domini.

Haec reliquiae singulis septeniis post ostensionem reliquiarum  
Aquisgranensium simul publice ostendi solent.

Quiescit etiam in hac ecclesia corpus sancti Alberti huius  
loci professi monachi, de quo haec in crypta huius monasterii  
leguntur carmina:

Armiger Albertus, qui vir virtute refertus,  
More Joseph sine re, rem luit eius herae.  
Insons caecatur mala passus, Job similatur.  
Huc peregrinatur, hic sibi cella datur,  
Hic manet, hic habitat Christo vivens mala vitat,  
Austera vita vivere finit ita.  
In Domino moritur et mortuus hic sepelitur.  
Corpus et in tumulo visitur a populo  
Quo iacet, et merito, qui fuerat hic eremita  
Bonorum genera plebs capit innumera.

Praecipue febrī vertiginibus cerebrique  
Auxiliante Deo cura fit hic ab eo.  
Ob huius, Christe, meritum quo fulserat iste,  
Qui poscunt veniam redde polique viam.

---

Possedit hoc monasterium ante 100 circiter annos plurimas quoque curmedas, census et capitalia in ducatu Geldriensi et Cliviensi, quorum haec fuit obligatio, ut tum ex antiquissimis curmedarum, censuum et capitalium registris, tum ex sigillatis literis de anno 1493 et 1503 constat, Alle Jahr mußen Sie vor Ihr hoffrecht geben ein alt mueriken off die werde, Und wannehr Sie sich heyligden oder bestaden zur der hl. Ehe mußen Sie geben 12 alter mueriken, literae sigillatae de anno 1493 habent sechs pfennige, einen alten groten von vier pfennigen, und laßen Sich zu buech setzen in demselben Jahr als Sie sich geheyligt hatten und derneben mußen Sie geben zu kennen, ob Jemandt von ihrem geschlecht gestorven off geheyligt wehre. Wahr es so daß iemandt Verstorven wehre, die wehren Unserem Gotteshaus schuldig die Mansperfohnen daß best von einem stück vie, daß in seinem Haus waar, die Fraupersonen aber daß beste Kleydt zu losen auff gnade, es wehre denn soch, daß Sie sonderlich Von Unserem Gotteshaus privilegirt wehren, welches Sie mitt Siegel und brief beweisen mußen.

Diese capitalia feint post tempora abbatis Aegidii, forte propter continua et exorbitantia his locis bella in untergang kommen und gebührlicher weiß nit redimirt worden.

---



**LIBER**

de

fundatione et abbatibus

**monasterii sancti Viti**

in

**GLADBACH,**

ex

*vestustissimis archivii Gladbacensis monumentis collectus*

opera et studio

**Petri Knor**

*abbatis.*

---

1717.


---

Petrus Knor, zu Kornelimünster im Jahre 1671 geboren, trat unter dem Abte Ambrosius Steingens 1689 in das Kloster zu Gladbach ein, wurde Prior von Königsdorf und 1703 zum Abte erwählt, er starb am 17. Februar 1725.

Dem nachfolgenden Abdruck seiner Schrift „*liber de fundatione et abbatiis monasterii sancti Viti*“ liegt eine genaue Abschrift des Original-Manuskriptes zu Grunde, welches sich im Besitze des Herrn Konrad Koeber befand und im Jahre 1866 in einem Brande verloren ging. Aus demselben ist die ausführliche Lebensbeschreibung des heiligen Wolphelmus, von dem Brauweiler Mönche Konradus. (abgedruckt bei Surius, *acta sanctorum tom. II. ad diem 22. Aprilis.*) weggelassen worden, gleichfalls blieben ungedruckt die von dem Verfasser hin und wieder eingestreuten, durchaus werthlosen Notizen aus der allgemeinen Geschichte.

Die Mittheilungen über den Abt Knor rühren von seinem Nachfolger Servatius van den Berg her, die über die vier letzten Abte von einem Unbekannten.

H. Zahne hat die Knor'sche Schrift in seinem Werke: „Die Dynasten, Freiherrn und Grafen von Hocholz“, unter dem Titel: „Chronik der Abtei Gladbach“, Köln, 1856, abdrucken lassen.



**M**onasterium hoc situm in ducatu Juliacensi, Gero archiepiscopus Coloniensis non tam fundavit, quam eversum ab Hungaris restauravit, uti liquet ex antiquissimis dicti monasterii monumentis.

Anno siquidem Christi 798, regni Caroli magni circiter 31., quando dedicatio basilicae Aquisgranensis celebrata est, iisdem annis prior monasterii praefati in finibus Molensium fundatio, structura et dedicatio facta est a Balderico comite Franciae et Hitta eius uxore, quod Hungarorum malitia postmodum anno 952 destructum, pietate et studio Geronis episcopi, divinitus admoniti, restauratum est anno 972, iuxta antiquissimam in choro affixam tabellam, cui sequentes versus inscripti leguntur:

Dum nongentenus sexagenus duodenus annus erat,  
Christe, tibi fundavit praesul Agrippae, vir sanctus tantus,  
quod adhuc in corpore cantus spirituum modulos audit  
coelicolarum, monstrantum loculos et nomina reliquiarum.

Praenominatorum fundatorum tam Balderici quam Geronis meminit antiquissimus defunctorum catalogus his verbis:

K. Octobris Baldericus fundator huius ecclesiae vel monasterii ante adventum Hungrorum. Hitta uxor eius.

Item:

III. K. Julii depositio domini Geronis episcopi Coloniensis fundatoris huius ecclesiae.

Ab huius foundationis tempore dictus est locus ille Gladebach, a praeterfluente ad radicem montis, in quo monasterium exstat exstructum, rivulo, tendente contra solis ortum lubrici torrentis, quasi *Glattbach*.

Quo vero casu et eventu, cuius auxilio et quo loco idem Gero monasterium supramemoratum extruxerit, libet ad longum ex vetustissimo eiusdem monasterii libello manu scripto, non cuivis obvio, recensere, cum multa contineat observatione dignissima, cuius scriptor circa annum Domini 1060 vixit auctoremque huius historiae nominat Henricum abbatem in fundatione posteriori in ordine VI., uti paulo post patebit, qui fuit avunculus sancti Wolphelmi abbatis atque in hunc modum praefatur:

„Incepit: Μικρολόγος ἀπλαστος, sermo brevis non fictus, (v. pag. 1.)

Quinam in fundatione monasterii Gladbacensis prima fuerint abbates, quinam coenobitae, nobis ignotum est, nomina autem eorum scripta sunt (ut speramus) in libro vitae.

In fundatione posteriori praefati monasterii, quod sicut dictum anno Christi 972 sanctus Gero, ecclesiae Coloniensis episcopus 26., Ottonis primi ex filio Ludolpho et Ida Sueviae ducibus, divina revelatione admonitus et angelici cantus praesagio confirmatus, sub directione sancti Sandrardi abbatis in monasterii prioris destructi ruinis excitavit, erutis prius, quas hic reperit sanctorum reliquiis, metu barbarorum anno 954 a religiosis, qui se suaque tueri id temporis se posse diffidebant, in grandi lapide cavato, quem hodiedum in loco capitulari cernere licet, terrae suppositis, praefuere abbates sequentes:

### **Sanctus Sandrardus,**

abbas primus.

Qui in abbazia sancti Maximini prope Treviros professus, unde a sancto Gerone episcopo Coloniensi accersitus et angelici cantus indicio de reparando hoc monasterio certior factus, eisdemque magnifice reparato et dotato praelatus, defuncto autem Gerone a successore episcopo Warino malevolorum hominum studiis depositus, monasterioque depulsus fuit, subrogato in eius locum Meginhardo quodam. Sandrardus vero ad imperatricem



Adelheidem, cui etiam coniunctus erat confessionis familiaritate secessit, a qua benigne susceptus, monasterioque Wissenburgensi praepositus, ibidem conversabatur irreprehensibiliter, subditos regens prudenter, credita dispensans fideliter, sed ad coenobium, quod sibi primo quasi sponsam despõnsavit carissimam, suspirabat frequenter. Deo autem miserante et imperatrice mediante, honorabiliter tandem ab Agrippinensi metropolitano revocatus, in locum et gradum restitutus est pristinum. Verum dum pastor legitimus abesset mercenariusque praesideret, ovium Domini facta erat luctuosa dispersio, rei familiaris, librorum, reliquiarum, praediorum distractio, ita ut abbate reverso coadunataque congregatione, in maxima licet penuria servirent Domino, tamen sine murmuratione. Sic itaque vir ille Deo devotus, in mundi huius incolatu pressuris variis et tribulationibus, velut aurum probatus, praecastigatum coelo reddidit spiritum cum sanctis aeternaliter gavisurum anno circiter 986, 24. Augusti, qua die anniversarium sancti Sandrardi festive hic Gladbaci celebratur.

Sub idem tempus floruit venerabilis Bruno, sanctus et doctus, religiosus huius monasterii.

### **B. Volradus,**

abbas secundus.

Qui (ut habet historia Henrici abbatis VI.) in divinis et humanis valde idoneus, ex clerico monachum professus, sed paupertinis, quas in suscepto regimine offenderat rebus nimis coaretatus, instabat tamen strenue diruta restaurare, ab antecessore coepta complere, imperfecta quaeque secundum posse perficere. His studiis dum insistit, Evergerus episcopus Coloniensis, zelo quodam praepostero ductus, cum cum omni congregatione sancti Viti monasterio expulit et in monasterium sancti Martini, quod est Coloniae, relegavit, praedia inter milites distribuit locumque in solitudinem redegit. Ob quam causam Evergerus terribili divini iudicii visione, accusante sancto

Vito conterritus, poenitentiaque ductus, Volradum quidem cum fratrum collegio ad suum monasterium redire permisit, sed praedia ablata et distracta morte interveniente, (quam divina ultione visceribus effusis sine peccatorum confessione obiit,) non omnia restituit, unde factum est, ut fratres Deo servientes magnam licet necessariorum sustinuerint penuriam, gratias tamen agentes Deo, placitam supportaverint patientiam. Volradus vero meritis bonorum operum plenus, in beatam transiit aeternitatem. Floruit circa annum 989.

### **D. Obertus,**

abbas tertius.

Vixit circa annum Domini millesimum. Huius abbatis tempore anno 1006, dominus Ansfridus, secundum saeculi dignitatem comes Teisterbandiae, Bratuspantium et Hoyensis dominus in Altena, divino nutu in XVIII. episcopum Ultraiectensem promotus, construxit in loco Hohorst prope Amersfordium, collegium ordinis sancti Benedicti in honorem Dei genitricis Mariae tulitque duodecim monachos ex hoc monasterio sancti Viti **M.**, ex quibus dominum Weringerum doctum pariter et pium, primum constituit abbatem monasterii in dicto loco a se constructi, quod postea anno 1050 Bernulphus episcopus in urbem Ultraiectensem ad sanctum Paulum transtulit.

Anniversarium praedicti abbatis domini Oberti memoria recolitur quartâ Julii.

### **B. Volbertus,**

abbas quartus.

Qui quartus quoque sancti Pantaleonis et primus **B. M. V.** in Tuitio monasteriorum abbas fuit, ut non inmerito in vita sancti Heriberti apud Surium in vitis sanctorum tomo II., multorum pater monachorum dictus sit. Hic omni tempore maturos praevenire solebat hymnos solitariisqui vigiliis psalmos de-

cantare Davidicos. Singularis extitit amator silentii, ad quod inter caetera fratres suos maxime hortabatur. Cui postquam sanctus Heribertus archiepiscopus Coloniënsis a morte apparens praedixisset, quod die obitus sui trigesimo secum in coelesti convivio coniungendus foret, praedictioni isti congruenter 14. Aprilis anno 1021 migravit ad vitam meliorem.

### **D. Arabo,**

abbas quintus.

Aetas haec multa ommissa, ore digna posteris consecranda, quae memoriae suae perdurabilitatem merito exigent, damno texit silentio. Iniquitas quoque temporum plura, quae posteritati consecrata erant, consumsit, unde non miretur lector, nec moleste ferat, si hunc praesulem quintum huius loci abbatem stesisse et 2. Julii, posita mortalitatis sarcina, stare desiisse dicamus et memorabile quid praeterea nihil addamus. Floruit circa annum Domini 1024.

### **D. Henricus,**

abbas sextus.

Qui fuit filius Sicconis illustrissimi comitis, avunculus sancti Wolphelmi abbatis sequentis et auctor historiae de fundatione monasterii huius. Laudatur in vita sancti Wolphelmi per Conradum monachum Brauweilerensem conscripta apud Surium tom. II. ad diem 22 Aprilis. Obiit bonis operibus plenus in monasterio sancti Pantaleonis, cui etiam praelatus extitit anno 1066, 27. Augusti. Extant adhuc biblia hoc abbate in membrana duobus tomis amplissima forma conscripta, quae nostra aetas in pretio habens admiratur, quibus aurato caractere sequentes praefixi sunt versus:

Abbas Henricus divinae legis amicus

Hinc ut credentum fervor capiat documentum

Hoc dat ei munus, colitur qui trinus et unus.

Tu tamen artificis admirans talia dices:  
Dignos laudo viros subtili pollice miros,  
Abbatem vero mancant sua praemia coelo.

### **Sanctus Wolphelmus,**

abbas septimus.

Qui ex illustribus ripuariis comitibus de Neil genitus, a sancto Heriberto archiepiscopo Coloniensi sacri chrismatis unctione confirmatus, primo factus est canonicus summi templi post monachus in monasterio sancti Maximini, inde ab avunculo suo Henrico praememorato abbate, huic monasterio praefectus, eius utilitatibus strenuam suae sagacitatis curam impendit, post haec voti solvendi causa Romam profectus ac reversus a sancto Annone archiepiscopo Coloniensi monasterio primum Syburgensi ac demum Brauweilerensi praelatus, ibidem diem clausit extremum anno 1091, 22. Aprilis, plurimis in vita et morte clarus miraculis.

### **D. Meginhardus,**

abbas octavus.

Qui sanctum Wolphelmum antecessorem suum, id temporis Brauweilerensi coenobio praesidentem, ceu patrem filius consuluit super veritate corporis et sanguinis Domini in ss. Eucharistiae sacramento, quam haereticus quidam Berengarius nomine negabat, asserens eucharistiam, quam sumimus in altari non esse revera corpus et sanguinem Christi, (vide vitam sancti Wolphelmi per Conradum monachum Brauweilerensem apud Surium in vita sancti Wolphelmi, 22. April.)

Vixit circa annum Domini 1090 et depositionis dies agitur 2. Julii. Hoc praelato substantia monasterii per oppignorationes aliasque transactiones plurimum decrevit, idne factum sit incuria eius an iniuria temporis, an vero utriusque causae concurrentia, novit is, qui omnia.

**D. Adelbero,**

abbas IX.

Qui successus Meginhardo, seduli administratoris partes gnauiter egit, maxime in eam curam intentus, ut oeconomiam tempore antecessoris sui ex parte magna convulsam redintegraret, labentem fulciret, hoc in pio conatu felicior, quod usus fuerit industria, consilio et opera eiusdem monachi sui Christiani, qui post eum onus cum dignitate suscepit. Nonnulla deperdita recuperavit, census etiam quosdam novos adiecit, tandem sarcinam constrinxit et humana valere iussit 12. Aprilis.

**D. Christianus,**

abbas X.

Qui abbatis munus obiit tempore Friderici archiepiscopi Coloniensis fuitque, ut antiqua monumenta adstruunt, fidelis et prudens dispensator ecclesiae Gladbacensis. Monasterium siquidem aere alieno liberavit, bona quae aliis oppignorata erant, redemit novisque beneficiis et censibus rem oeconomicam auxit. Praefatus episcopus, hunc abbatem aliquoties in literis nominat fratrem suum, refertque se ad petitionem fratris sui Christiani abbatis Gladbacensis admonitum, ut testamentum ordinationis quarundam rerum, sicut ipse disposuit, confirmaret. Quod et factum est in hoc monasterio praesente archiepiscopo anno 1116. An autem fraternitas illa inter archiepiscopum et abbatem praedictos a cognatione sanguinis processerit, incertum relinquitur. Humanis exemptus ad pulveres rediit, 25. Januarii.

**D. Walterus I.**

abbas XI.

Qui ad clavum sedit anno circiter 1130 et ad professionem admisit fratres sequentes, uti schedulae eorundem manibus exaratae etiamnum in archivio extantes, fidem faciunt.

Rudingerus. Eccebertus subdiaconus. Rutgerus acolythus. Waldericus conversus. Godefridus subdiaconus. Weribaldus conversus. Rudolphus. Thietpoldus subdiaconus. Folcardus sacerdos. Rutgerus conversus. Wedericus subdiaconus.

Quid praeterea abbas dignum gesserit aetate illa vel suppressum, vel diuturnitate et iniquitate temporum exolitum est. Depositionis diem commemorat antiquum necrologium nostrum ad diem 17. Novembris.

### **D. Everwinus,**

abbas XII.

Qui abbatiale munus obiit anno circiter 1150. Vetera monumenta eum etiam appellant Luewinum et Hebroinum. Superest adhuc campana, quam fundi curavit cum hac inscriptione:

Abbas Henricus primus fore dicitur huius

Auctor campanae flamine clarisonae

Inde loci nactus abbas Hebroinus habenis,

Amplificavit eam conquesacravit eam.

Et ne cui de genuino nomine relinquatur ambigendi facultas, sub nomine Hebroinus minore characterè scriptum est Everwinus, quod nomen etiam habent professionum diversae schedulae ex quibus colliguntur nomina sequentium, quos ad professionem admisit:

Joannes sacerdos. Christianus subdiaconus. Rudolphus diaconus. Henricus subdiaconus. Hemericus sacerdos. Conradus subdiaconus. Gerhardus subdiaconus. Soror Mathildis. Soror Cunigundis.

Vitae finem imposuit 19. Augusti.

### **D. Rubertus,**

abbas XIII.

Abbatiam moderatus est temporibus Alexandri III. P. M., Friderici I. imperatoris, et Philippi archiepiscopi Coloniensis.

Rei familiaris bene ab illo administratae monumentum adhuc superest curtis, quae dicitur ad fossam, vulgo *der Kühlenhoff*, anno 1172 monasterio acquisita. Ad professionem admisit sequentes, prout fidem adstruunt professionum schedulae, profitentium manibus conscriptae, hoc ordine et modo:

Theodoricus. Henricus subdiaconus. Bruno. Adelhardus acolythus. Herimannus subdiaconus. Hedericus. Poppo conversus. Soror Agnes.

Diem supremum obiit anno 1183, 5. Februarii.

### **D. Walterus II.,**

abbas XIV.

Qui rebus praeesse coepit anno 1183., multumque profuisse e comparato quodam molendino arbitrari licet. Ultimum diem composuit 7. Julii.

### **D. Hemericus,**

abbas XV.

Qui abbatiale munus, quod anno circiter 1194 suscepit, intra annos (uti videtur) non ita multos cum vita absolvit 8. Martii

### **D. Gerardus I.,**

abbas XVI.

Qui rebus praefuit sub annum 1205, quod constat ex literis *den Kammerforst* concernentibus, e quibus hi quoque fratres eruuntur: Fridericus prior. Rudolphus custos. Hermannus camerarius. Alardus sacellanus.

### **D. Hermannus I.,**

abbas XVII.

Qui anno 1210 et circiter, habenas tenuit, monasterio acquisivit et possidenda transcripsit tria molendina, testantur id do-

nationis literae de anno 1210, in quibus et hi fratres: Andreas prior. Henricus decanus et plebanus. Henricus cantor. Gerardus camerarius. Wilhelmus custos. Alardus cellerarius. Wilhelmus villicus. Godescalcus.

### **D. Gerardus II.,**

abbas XVIII.

Qui clavum abbatialem moderatus est anno 1231, quo donationem molendinorum per antecessorem factam singulari confirmavit instrumento, quod fratres, qui eo antistite vixerunt, contestantur. Eorum nomina sunt: Hermannus prior. Fridericus. Henricus de Tuschenbroich. Henricus. Fridericus camerarius. Hermannus. Joannes. Henricus. Ludovicus. Hermannus. Godefridus. Conradus. Alardus. Arnoldus. Rudolphus custos. Leonius hospitalarius. Gerardus. Hermannus. Petrus. Volquinus. Joannes. Theodoricus.

### **D. Hermannus II.,**

abbas XIX.

Qui gubernaculo admotus praefuit anno circiter 1242 et sequentibus totisque viribus res monasterii sartas tectasque servare studuit, quaedam oppignorata et in alienas manus translata magnis impendiis reluit multisque aliis in rebus fidelem et prudentem super familiam Domini constitutum se probavit dispensatorem. Hic assumpto Wilhelmo comite de Kessel, avvocato in Gladbach, dispositionem fecit, quomodo inter parochianos communio lignorum paludis dicti *Neerßbroch* dividenda sit, ut constat ex literis sigillatis de anno 1243. Fratrum qui hoc gubernatore vixerunt, quoddam archivii monumentum de anno 1243 exhibet aliquot ut testes, quorum nomina sunt: Henricus prior. Rudolphus custos. Henricus hospitalarius. Leonius. Ludovicus. Theodoricus. Arnoldus camerarius. Gerardus cellerarius.



**D. Joannes de Eyle,**

abbas XX.

Qui tametsi in syllabo abbatum non habeatur, eum tamen abbatem huius loci fuisse et praefuisse anno 1259, fidem faciunt literae quaedam pastorum Vorstensem concernentes, ab eo datae anno praedicto, die decima mensis Augusti.

**D. Theodoricus,**

abbas XXI.

Qui res Gladbacenses varia administravit fortuna anno 1261, temporibus Urbani VI. et Clementis IV. P. P. M. M., Rudolphi I. imperatoris ex comitibus de Habsburg, Engelberti archiepiscopi Coloniensis et sequentium usque ad annum 1295, uti ex plurimis monumentis apparet. Fratres illo administratore vixerunt: Tilmannus pastor Gladbacensis. Godefridus pastor Kempensis. Marsilius de Wickrath cellerarius. Gerardus Pasche camerarius. Godefridus de Helpenstein pastor in Weiler. Ludovicus de Kempenich. Godefridus et Hermannus, capellani abbatis.

Supradictus dominus Theodoricus abbas postquam undecim pontifices maximos supervixisset, administrationem cum vita posuit 22. Julii.

**D. Wilhelmus,**

abbas XXII.

Qui fascis tenuit anno 1304, uti inter alia adstruitur tabulis (eas archivum diligenter asservat,) quibus Walramus comes de Kessel recognoscit, se iniusto modo (notent posteri) telonium in proprietate sancti Viti constituisse illudque aeternaliter revocat, et culpam deprecatur largaque elemosyna expiat.

**D. Otto de Maclar,**

abbas XXIII.

Qui licet in syllabo abbatum locum non acceperit, fas tamen est, eum illi tribuere et credere fuisse abbatem huius loci, quia scabini Kempenses in tabulis anno 1309 conscriptis et quatuor sigillis munitis, quibus debitum quoddam ab hoc Ottone et conventu exigunt, abbatis titulo eum afficiunt, sunt et aliae rationes, quibus similiter id evincitur.

**D. Wilhelmus de Helpenstein,**

abbas XXIV.

Qui praefecturam anno 1311 et sequentibus gessit reique familiari bene consuluit, cuius indicia sunt plura quae emit ac redemit bona in archivii tabulis relata, inter alia autem curtis de Bechausen nunc *Snaußhoff* dicta, quae olim tantummodo uti feudum masculinum ad abbatiam spectabat, nunc possessione totali cum omnibus aliis pascuisque monasterio accessit anno 1315. Eo autem praefecturam obeunte inter alios hi vixere fratres: Gosvinus prior. Daniel de Nivenheim. Wilhelmus de Oranien. Godefridus de Nussia. Joannes de Heithausen. Gerardus Knode provisor in Bocholtz. Theodoricus pastor in Weiler.

Praedictus Wilhelmus de Helpenstein praefectura tandem abiens, ad umbras concessit anno 1334, 18. Septembris. Sub hoc quoque abbate comitibus de Kessel haeredibusque extinctis, ius advocatiae ad comites Juliacenses devenit. Huius abbatis sedulitate emanavit privilegium comitis Juliacensis, quod omnes subditi Gladbacenses non extra, sed intra territorium Gladbacense molere debeant de anno 1325, sub certa muleta scilicet sex solidorum, quae postmodum per confirmationem eiusdem privilegii per Juliae ducem Wilhelmum anno 1581, 1. Februarii, tempore abbatis Jacobi ab Heeghen in duplum, videlicet duodecim solidorum adaucta est.

### **D. Wilhelmus de Oranien,**

abbas XXV.

Qui e loco prioris anno 1334 in abbatis gradum sublatus, rebus incumbere coepit cum non vulgari et disciplinae et substantiae monasticae incremento, praeter enim varia et multa, quibus oeconomiam insigniter auxit, plura quoque ad disciplinae stabilimentum regulariter ordinavit, labentes mores gnaviter correxit et curam infirmorum ad rectitudinis regularis normam revocavit. Eo autem rebus incumbente nominatiores hi fuere fratres: Giselbertus de Wels. Christianus de Hüchelhoven, pastor Gladbacensis. Engelbertus, pastor Dulckensis. Henricus de Willicke, pastor Kempensis. Joannes, praepositus in Neuwerk. Christianus de Sinsich, praepositus in Bocholtz. Conradus de Nersa. Hermannus de Nivenheim. Petrus de Loevenich. Fridericus de Oppendorf. Godefridus de Vleeke. Hermannus de Echt.

Praefatus autem abbas gradum postquam annis fere 32 tenuisset, tandem cum vita reliquit anno 1366, 10. Aprilis.

### **D. Giselbertus de Wels,**

abbas XXVI.

Qui oneri supposuit humeros anno 1366 et praeclaras monasterio possessiones (quas inter praecipue molendinum then Rade et curtis in Walthausen sita, vulgo Charmanns Hoff,) acquisivit. Fratres dum praesideret hi inter plures nominantur praecipue: Sibertus de Beke prior. Henricus de Troistorph, pastor Gladbacensis. Gotthardus Rouver de Wevelinghoven. Joannes de Troistorff. Georgius de Wels, pastor Dulckensis. Joannes de Zoppenbroch, praepositus in Bocholtz. Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven. Adamus de Beke. Bernardus de Dirisch. Georgius de Linnich. Theodorus Ducker ab Hüls.

Dictus autem abbas, postquam boni pastoris et oeconomi

munere annis fere 32 sedulo perfunctus esset, onus et vitam posuit anno 1398, 16. Martii.

**D. Joannes de Troistorff,**

abbas XXVII.

Qui ad clavum abbatialem auctoratus anno 1398, plura rei domesticae utiliter administratae posteris reliquit monumenta, inter quae curtis aijn dem Wenn vulgo der Hermbges Hoff. Maximum quoque ecclesiae nostrae aes campanum eius nomen inscriptum habet cum his versibus: „Quando Maria sonat tempestas undique cessat anno milleno C quater quin quoque deno Joannes abbas humilis de Troistorp me fecit.“

Fratres eo ad clavum sedente hi inter alios fuere celebriores: Wilhelmus de Juliaco, Petrus de Kettenis, prior. Elbertus de Eyle, magister culinac. Joannes de Harcken, praepositus in Bocholtz. Joannes de Lyskirchen, pastor Kempensis.

Abbas vero noster depositum vocanti Domino reddidit anno 1418, 28. Augusti, cum abbatiae praefuisset annis 20.

**D. Wilhelmus de Juliaco,**

abbas XXVIII.

Qui ex illustrium Juliacensium et Geldriae ducum sanguine originem ducens, huius monasterii professus monachus literarum scientia, vitae munditie, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione, aliarumque virtutum donis praeditus, uti ex bulla pontificia infrascripta constat, a Martino V. Papa anno 1419 constitutus est administrator huius monasterii in spiritualibus et temporalibus: eo quod bona ea, quae monasterium possidebat, necdum conservare et dispensare, sed et ea, quae distracta et abalienata erant, sua discretione et industria, et consanguineorum et amicorum suorum potentia et favore, de facili recuperare posset. Postea translatus ad monasterium sancti Pantaleonis, cuius et administrator fuit, ibidem obiit anno 1426.

**D. Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven I.,**

abbas XXIX.

Qui ex pastore Gladbacensi anno Domini 1424 electus abbas, testudines ecclesiae nostrae fieri curavit, senio tandem confectus abbatiale munus libere resignavit anno 1450, obiit autem anno 1453, 27. Decembris. Fratres sub eo fuerunt sequentes: Godefridus de Asselt prior, obiit 1487. Wilhelmus de Bocholt, cellerarius, obiit abbas ad sanctum Pantaleonem 1493. Reinerus de Dirisch obiit 1428. Henricus de Lovenburg pastor Gladbacensis. Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven, prior 1449. Henricus de Neukirchen custos obiit 1449. Matthias de Kessel praepositus in Bocholtz. Joannes de Groit praepositus in Bocholtz. Petrus sacellanus in Weiler. Joannes de Anstel obiit 1475. Jacobus de Mecheling.

Praedictus abbas cum Arnolde de Quaedt, abbate Brauweilerensi interfuit concilio Basileensi.

**D. Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven II.,**

abbas XXX.

Qui post liberam sui antecessoris resignationem de priore Gladbacensi anno 1450 electus abbas, multa pietatis opera regiminis sui tempore monasterio exhibuit. Fratres sub eo fuerunt sequentes: Joannes de Broichhausen prior. Alardus de Velsen. Wilhelmus de Wyenhorst praepositus in Bocholtz. Sigerus de Vrimerssem. Joannes de Hochsteden camerarius. Antonius de Erpt. Joannes de Agris. Aegidius de Bocholtz. Wilhelmus de Nesselradt.

Sub hoc abbate facta est copia et data facultas abbati seu monasterio Gladbacensi publice ostendendi annue sacras reliquias ab archiepiscopo Coloniensi Theodorico, cuius concessio- nis originale in archivio nostro Gladbacensi asservatur.

Obiit praedictus abbas anno 1492, 25. Januarii.

**D. Joannes de Epsendorff**, abbas XXXI.,  
electus 1492, 25. Januarii.

Qui anno 1492 mense Januario ex sacrista electus in abbate-  
tem, dum consideraret substantiam monasterii multorum incuria  
vitaeque lubricitate attenuari, summopere studuit se suosque  
reformationi Bursfeldensi subiicere, sed pium hunc conatum,  
quem nonnulli proterviores et mors ipsa interveniens impe-  
dierunt, successori suo effectui mandandum relinquens, obiit  
anno 1505, 10. Januarii, aetatis suae 53. Sub quo fuerunt  
sequentes fratres: Wernerus Rouver de Wevelinghoven, prior.  
Godefridus de Broikhusen, custos. Wilhelmus de Kolenburgh.  
Aegidius de Broikhusen. Godefridus de Spe. Et nonnulli  
sub praecedentibus duobus abbatibus memorati aliique, quorum  
nomina interierunt. Instrumentum electionis praenominati abba-  
tis de anno 1492 exhibet nomina sequentia: Joannes de Broik-  
husen, prior. Henricus de Lovenburg, pastor Gladbaecensis.  
Wernerus Rouver de Wevelinghoven, pastor Dulkensis et cel-  
lerarius. Wilhelmus de Wyenhorst, praepositus in Bocholtz.  
Antonius de Erpt, custos. Joannes de Hochsteden, camerarius.  
Alardus de Velsen. Sigerus de Vrimerssem. Wilhelmus de  
Kolenbergh. Joannes de Agris.

Confirmationi electionis se opposuit Joannes de Hochsteden,  
ipsamque electionem impugnavit diversis rationibus, inter quas  
una fuit, quod electus ante confirmationem sese praesumperti  
ingerere administrationi bonorum et iurium abbatialium, quod  
inter ipsum electum et electores intercesserit pactum de non  
admittenda reformatione Bursfeldensi, non introducenda mensa  
communi etc., sed contrario testimonio fratrum refutatus fuit.

Nomina monachorum, qui sub praedictis abbatibus in hoc  
monasterio ante reformationem obierunt, ex antiquissimo necro-  
logio collecta et descripta, quorum cognomina annusque obitus  
ignorantur. . . . \*)

\*) Hier folgten im Original 359 Namen, siehe dieselben bei Fahné,  
Chronik p. 47 ff.

Sunt et alii plures, quorum nomina in praefato libro fugientibus literis legi non poterant, tu interim, lector, precare ut animae fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Nomina monialium, quae sub abbatibus quibusdam prioribus professae priusquam translatae fuissent ad monasterium vicinum novi operis hic obierunt, prout commemorantur in praedicto necrologio, anno item et cognominibus incertis. . . .\*) Et plures aliae, quarum nomina legi non poterant. Dic lector: requiescant in pace. Amen.

**D. Aegidius a Bocholtz**, abbas XXXII.,  
et in reformatione I., electus 1505, 9. Januarii.

Sub cuius regimine professi: Joannes de Antwerpia. Stephanus Salm Coloniensis. Joannes a Grevenbroich. Everardus ab Hummel. Henricus Hattingen. Joannes Faber Gladbacensis. Joannes Coey Gladbacensis anno 1512. Theodoricus Orsoy 1513. Vitus Erklens 1513. Andreas Bischoffs 1523. Bernardus ex Westphalia 1525. Gerardus a Venlo 1525. Petrus a Bocholtz 1531. Theodoricus de Huisden. Petrus Merspen Traiectensis 1536. Alexander a Bocholtz 1536. Vitus Segers Gladbacensis 1537. Matthias Mehr de sancto Antonio 1537. Reinerus a Bocholtz.

Defuncti: Joannes de Broickhusen prior. Henricus de Lovenburg, pastor Gladbacensis. Wilhelmus de Wyenhorst, praepositus in Bocholtz. Antonius de Erpt, sacrista. Alardus de Velsen sac. et monachus. Sigerus de Vrimersem sac. et mon. Joannes de Agris sac. et mon. Wilhelmus de Kolenburg sac. et mon. Aegidius de Broickhusen, pastor Dulkensis. Everardus ab Hummel sac. et mon. Henricus Hattingen sac. et mon. Joannes a Grevenbroich sac. et mon. Antonius Zerichzee, pastor in Weiler. Andreas Bischoffs, confessarius in Königsdorf. Ste-

---

\*) Hier folgten 96 Namen, siehe dieselben bei Fahne, p. 50.

phanus Salm, sacrista. Vitus Erklens, qui scripsit maiores libros chorales in pergameno, arte elegantissima.

Abbas iste inclyta nobilium de Bocholtz prosapia oriundus non modo monasterii fabricam vestutate procumbentem (uti ex insigniis eius passim praesentibus constat,) sed et lapsam insuper disciplinam restauravit, quam adnitentibus et coadiuvantibus R. R. D. D. Joanne Brauweilerensi, Gerlaco Tuitiensi et Gerardo sancti Martini monasteriorum abbatibus anno 1510, 20. Aprilis (eliminatis cum annuo vitalitio renitentibus fratribus, qui genere quidem illustres, sed vita et moribus obscuri, colla submittere detrectabant) pristinae virtuti restituit et restauravit iuxta approbata unionis Bursfeldensis statuta, a quibus ad nostra hucusque tempora consistendi vim retinet cum aeterna huius abbatis memoria et laude. Ultimum diem composuit anno 1538, 30. Aprilis, aetatis 70, regiminis 33. Sepultus in navi ecclesiae ante cryptam, cui haec epitaphia id temporis posita:

Virtus ipsa fuit, cuius tenet ossa sepulcrum hoc  
Abbas non ipsa religione minor.

Aliud:

Frigida saxa tenent ferventia pectora quondam

In Christum et sanctas religionis opes.

Abba pater, tene mors improba vulnere saevo

Stravit? nec canos est venerata tuos?

Stemma nec respexit patrium, Bocholtica signa

Nec quidquam in sanctum splendida dona gregem?

Quandoquidem morum lapsae reparator et aedis,

Vite beate, tuae teque favente fuit.

Vixerat ut decies septem non sequitur annos

Tempora non poterat, Maie, videre tua.

Tres hic terque decem messes curavit ovile

Christe tuum, pro quo fac sit et inter oves.

Aliud item:

Si cupis ut noscas, quem saxum hoc, triste viator,



Contegit et generis stemmata clara sui,  
Abbas ille fuit, Bocholtz de stirpe profectus,  
Quem rapuit nobis mors violenta nimis.  
O nimium iniuste mors tuis viribus usa  
Tu rapis, ah demens, lumen ab orbe suum.  
Religio sua vita fuit, purissima Christo  
Mens stetit et sanctus duxit ad astra gregem.  
Doctus erat sacrae divina volumina legis,  
Miro iudicio consilioque potens.  
Non fuit in terris olim prudentior alter,  
Eo minor et raptō Graecia clara sophis.  
Non sine multorum lacrymis migravit in alta  
Aethera, maiorum splendor et ipsa salus.  
Ergo summe Deus, cui parent cuncta, precamur  
Praesulis aetherea spiritus astra degat.

Floruit sub Adriano VI. P. M. cuius quondam condiscipulus fuit.

**D. Petrus a Bocholtz**, abbas XXXIII.,

in reformatione II., electus anno 1538, 3. Augusti.

Quo praesidente professi 19, defuncti 13. Professi: Casparus Brasel Dulekensis. Reinerus de Ruremunda. Gerardus Traiectensis. Laurentius de sancto Antonio. Romboldus Collart. Wilhelmus Dart a Lottum. Petrus Lindt Dulekensis. Wilhelmus de Geldria. Godefridus de Suchteln 1556. Mathias a Thönis-Amern 1556. Jacobus Heeghen Aquensis 1558. Wolfgangus Ploenis Kempensis 1559. Quirinus de sancto Antonio 1564. Franciscus Vaeck Graviensis 1564. Laurentius Birgel 1565. Joannes Weltz Gladbacensis 1566. Joannes Sittardiensis 1569. Vitus Uhricus Gladbacensis 1572. Everardus a Bodberg.

Defuncti: Gerardus Traiectensis sac. 1544. Theodorus a Wachtendonk, pastor Gladbacensis 1550. Reinerus de Rure-

munda, prior 1555. Joannes Faber, prior 1560. Laurentius de sancto Antonio, cellerarius 1560. Theodorus Orsoy, pastor. Dulekensis 1561. Vitus Zegeri, pastor Dulekensis 1570. Gerardus a Venlo, cellerarius 1573. Casparus Brasel, cantor 1573 Mathias de sancto Antonio, sacrista 1573. Thomas. Theodorus

Praefatus abbas Petrus a Bocholtz fuit vir generosus, nepos praedecessoris sui ex nobilissima de Bocholtz, prope Lobberich, familia, inauguratus et in hanc urbem Gladbacensem tanquam fundi dominus anno 1539 introductus et susceptus est, gratus principibus et ab iisdem ad diversas commissiones obeundas specialiter requisitus, vitam cum morte commutavit anno Christi 1573, 30. Decembris, aetatis 72. regiminis 35., sepultus ante sacellum sanctae Scholasticae ad laevam domini Aegidii a Bocholtz patris sui, cuius sepulcro affixum fuit epitaphium quod sequitur:

Dormitet hoc tumulo, rogitas, quis? candide lector,  
Aspice, non vani causa doloris inest.  
Heu Petrus cecidit reverendus praesul et abbas,  
Qui genus a Bocholtz nobilitate trahit.  
Non virtute minus, quam sanguine clarus avorum,  
Exornat generis splendida signa sui.  
Dotibus ingenii radiis quasi stella corruscis  
Emicuit morum dexteritate nitens.  
Pectus erat niveum, frustra non stirpis imago  
In galea cygni candida colla gerit.  
Cum probitate pari pietas certavit in illo  
Spectatae fuit hic integritatis honor,  
Et doctus doctisque favens de pectore toto,  
En insigne tuum, docta Minerva, decus.  
Pauperibus largus pavit tua viscera, Christe,  
Praemia sic cornu divite larga, dabas.  
Omnibus unus erat, facilis, sed et omnibus idem  
Inque loco norat comis et esse gravis.  
Sic poterit campos laus ampla meare per omnes,

Omnia sed brevis haec charta tenere nequit.  
Praefuit auspiciis septem per lustra secundis  
Non secus ac sentit vela secunda ratis.  
Bis sex lustra duos prope vixit et insuper annos,  
Ad Jani mensem morte peremptus obit.  
Corpus et in cineres, virtutis nulla ruina  
Donec erit mundi phoebus et iste globus.  
Hinc pia fama viget, manet indelebile nomen  
Et gaudet longa posteritate frui.  
Viscera condit humus, sed spiritus Altipotentis  
Elysios foelix incolit usque lares.  
Extitit ut semper pacis studiosus amator,  
Sic quoque perpetua pace fruatur. Amen.

Chronographicum annum obitus indicans:

heV CeCIDIt petrVs De boChoLitz nobILLIs abbas terra tenet  
CIneres spIrItVs astra poLLI.

Praedictus abbas concilio provinciali Coloniensi anno 1549 vi officii sui et tam membrum dioecesis Coloniensis interfuit. Sub hoc abbate Philippus II. Hispaniarum rex caput sancti Laurentii omnibus modis efflagitare coepit, ut ad ecclesiam Escorial, quam sumtibus regiis magnificentissime extruxerat, transferre posset, nihil non egit, ut obtineret, datis ad abbatem literis, rogato et-obtento consensu summi pontificis Clementis VIII. per speciales bullas, tam ad regem Hispaniae, quam ad abbatem Gladbacensem directas, requisito etiam imperatore Rudolpho, qui binas eum in finem ad abbatem Gladbacensem scripsit literas, consentiente archiepiscopo Coloniensi, adhibitis plurimorum ducum, episcoporum et marchionum hortatoriis et suavoriis scriptis, missis etiam legatis variis, qui abbatem et conventum ad extradendum caput sancti Laurentii disponerent. Nihilominus non sine speciali Dei auxilio eiusque dispositione mirabili factum est, ut monasterium Gladbacense maximum pretiosissimumque thesaurum suum retinuerit, quem usque in

hodiernum diem religiosissime asservat et in ecclesia monasteriali quotannis die divo Laurentio sacra, eiusdem sancti martyris et levitae caput publicae venerationi exponit, confluentibus eo devotionis causa populis paene innumeris. Extant in archivio desuper acta et scripta ab anno 1570 usque ad annum 1628.

**D. Jacobus Hecghen**, abbas XXXIV., in ref. III.,  
electus 1574, 26. Januarii.

Quo abbate professi: Henricus Weltz Gladbacensis 1575. Jacobus Holtzbüttgen 1575. Henricus Horst 1575. Antonius Odendahl Coloniensis 1575. Matthaëus de sancto Antonio 1576. Martinus Brabach Coloniensis 1576. Reinerus Bex Falcomontensis 1579. Fridericus Placopaeus ex Aldenhoven 1579. Theodorus Hülsen Dalensis 1581. Stephanus Cruchtanus 1582.

Defuncti: Quirinus de sancto Antonio 1574. Laurentius Birgel, cellerarius 1579. Godefridus Suchteln, confessarius in Königsdorf 1579. Alexander a Bocholtz, abbas Steinensis 1582. Matthias de sancto Antonio sac. et mon. 1583. Romboldus Collart, abbas Gerodensis 1583. Gerardus Cocy, abbas in Königs-luter. Sunt et alii plures sub abbatibus praecedentibus, quorum annus et dies depositionis ignoratur. Precare, lector, ut omnes requiescant in pace.

Huius abbatis tempore praefectus Joannes Grein anno 1574 deiecit ligneam furcam, vulgo *Raßft*, a monasterio erectam et loco eius lapideam cum insigniis principis Juliae erigi curavit absente abbate, in non leve abbatiae praepudicium. Dicitur autem abbas anno Christi 1583, 25. Augusti, aetatis 46., regiminis 10., defunctus, quiescit in navi ecclesiae ante sacellum sancti Benedicti ad dexteram abbatis Aegidii a Bocholtz. Hanc in epitaphio a suis laudem meruit:

Qui disciplinae cultor non segnis et ultor,  
Semper erat rigidus, dissimulansque nihil.

Ornamenta dedit templo pretiosa, quod ipse  
Pulchrius ornari fecit, amore Dei.  
Corpus humo tegitur, melior pars occupat astra  
Spiritus aethereis perfruiturque bonis.  
Ista pietatis dentur cultoribus alma  
Praemia, quae nunquam sunt peritura, rogo.

Chronographicon, quo annus et dies obitus designantur:

praesVL laCobVs qVa LVCo reCesserat heCghen  
Inter agIt sVperos barthoLoMacVs erat.

**D. Vitus Ulricus**, àbbas XXXV., in ref. IV.

electus 1583, 13. Septembris.

Quo regente professi, quantum sciri potest, nulli idque, propter summam annonae caritatem, quae eo tempore universam hanc patriam afflixit. Defuncti: Everardus Bodberg sac. 1584. Matthias de sancto Antonio infirmarius 1584. Reinerus a Bocholtz, abbas Corbcienensis 1585. Joannes Weltz pastor Gladbacensis 1586.

Post quos anno Domini Salvatoris 1588, 22. Augusti acat-  
tis suae 37. regiminis 4. praedictus dominus abbas morte im-  
matura extinctus est, et in uno eodemque viro multae etiam  
virtutes, eximia videlicet in Deum pietas et incredibilis paene  
in egenos munificentia, quam testantur versus deprompti ex  
epitaphio, quod olim sepulchrali eius monumento affixum extitit  
nimirum:

Atra fames inopes multo dum tempore pressit,  
Ac frumenta negat dives habere magis,  
Aere licet multo poterat quae vendere pro se  
Inque pios usus ponere rite suos,  
Instar ac si Sixti gazam largitur egenis,  
More Sareptanae dat nec habet que minus.  
Hebdomada quavis quingentos circiter atque  
Ad septingentos pane bis ille fovet.

Milleque quingentos bis centum pavit egenos  
In coena Domini non sine laude simul.  
Pontificale pedum, mitram nec sumpserat ipse,  
Quod nimis annonae tempora cara forent.  
Sepultus est in navi ecclesiae prope suggestum.

**D. Antonius Odendahl**, abbas XXXVI., in ref. V.  
electus 1587, 1. Septembris.

Sub quo professi: Arnoldus ab Hückelhoven Juliacensis 1587. Gerardus Khamis Juliacensis 1587. Wilhelmus Heinsberg 1589. Adamus Kriebs ex Barnenstein 1590. Henricus Genenden Erckliniensis 1501. Defuncti quantum sciri potest ex commisso grege nulli, sed ipse rev. dominus abbas, postquam praefuisset annis 5 et 3 mensibus viam universae carnis ingressus est anno 1592, 11. Octobris, sepultus in sacello ss. Apostolorum.

Sepulchrale monumentum haec habet:

Cuius in adverso requiescunt ossa sepulchro  
Effigiemque sacram picta tabella refert?  
Praesul Odendalius moriens Antonius urnam  
Hic sibi delegit post sua fata dari.  
Tumba cadaver habet, simulacra tabella reservat,  
Mens agit in coelo, fama perennis erit.  
Cuius erat stirpis? Laudatae. Quive parentes?  
Agricolae. Cuius? Natus Agrippae fuit.  
Quid puer egit? Oves patris (praesaga futuri  
Nuntia pastoris) pascit agrosque colit.  
Est opus hoc David. Quid rerum postea fecit?  
Invigilat musis. Quomodo? Laude pia,  
His satis imbutus. Studiis quis finis in illis?  
Huius adit templi limina sacra Viti.  
Munia quae monachus tandem mystesque ministrat?  
Oeconomi, parochi Kempisiique dein.

Coenobiarcha domus multis num praefuit annis?  
Quinque. Quot actatis? Ter deciesque novem.  
Confirmatus erat? Quin et sacratus in urbe  
Metropoli. Cur hoc? Sic quia fata dabant.  
Quaenam cura prior fuit illi? Summa salutis,  
Proxima coenobii, tertia institutae.  
Quo morbo occubuit? Longo cruciamine phthisis.  
Quove dolore? Gravi ceu paralysis habet.  
Ergo sat inferni passus cruciamina vivens?  
Imo, dies nunquam sana dabatur ei.  
Quomodo sed moritur? Patienter, turturis instar,  
Inque Deum firma spe, pietate, fide.  
Interit ergo simul? Non, haec sed pondera carnis  
In cineres abeunt, mens superestque tamen.  
Qualiter, heus, surget? Redivivus. Et unde? Sepulero.  
Quando? Canente tuba iudicis angelica.

**D. Theodorus Huelsen**, abbas XXXVII., in ref. VI.,  
electus 1592, 15. Decembris.

Quo abbatiam tenente professi: Joannes Hoeveler Venlonensis 1595. Martinus Wipperfurdensis 1595. Jacobus Wimmers Coloniensis 1597. Joannes Köpgen ex Titz 1597. Conradus Berghoff Coloniensis 1598. Hilgerus Viten Dalensis 1598. Joannes Appeldorn Coloniensis 1598. Petrus Sittardiensis 1600.

Defuncti: Adamus Kriebs magister novitiorum 1596. Petrus Lind sac. et mon. 1597. Henricus Welz praepositus in Bocholtz 1597. Joannes Hoeveler.

Abbas iste ex Dahlen, oppido ducatus Juliacensis natus, vir fuit in quo eximius animi candor et pietas, morum suavitas, vitaeque sanctitas Deo grata, omnibus nota, antagonistis etiam comprobata enituit, qui sacra aedificia ad Dei sanctorumque gloriam singulariter cordi ac curae habuit, oves seu animas sibi commissas non pede tantum et potestate ursit, sed pe-

dibus et exemplo praecivit quibus praeerat, divina officia, et nocturna et diurna, non tam accedendo quam praecedendo, postquam provide sibi monumentum, in quo eius quod mortale erat in beatae resurrectionis spem conderetur, fieri curasset, e tanto vitae suae splendore ad mortis umbras praemature nimis concessit anno Christi 1600, 10. Decembris, regiminis 8, aetatis 38. Viri tanti laudes fusius prosequitur epicedion defuncto id temporis inscriptum, quod inter alia haec habet:

Sic fuit in fatis, haec est mutatio rerum,  
Qui Domino carus, vult Deus esse suum,  
In pietate parem vix saccula multà tulerunt,  
Ordinis exemplar, stella decusque sui.  
Lumen erat cleri, praelatos inter ut astra  
Lucifer excellens in precibusque frequens.  
Plurima restituit, templum diligenter exornans,  
Summa monasterii commoda semper amans.

**D. Arnoldus ab Huckelhoven,** abbas XXXVIII.,

in ref. VII., electus anno 1601, 3. Januarii.

Quo praesidente professi: Bartholomaeus Kempis Gladbacensis 1601. Godefridus Kempens Coloniensis 1602. Albertus Brigelius Cruchtensis 1603. Fridericus Boholz Coloniensis 1604. Hermannus Hülsen Dahlensis 1604. Joannes a Riswick Kranenburgensis 1605. Henricus Goirmans Venradensis 1605. Theodorus ab Horrich ex Gangelt 1605. Joannes Hoefen ex Grevenbroich 1610. Petrus Sybenius Dahlensis 1615. Martinus Karekens Virsensis 1617. Petrus Zoutland Ruremundanus 1618. Joannes Eschweiler Coloniensis 1618. Laurentius Seeklerus Coloniensis 1619.

Defuncti: Jacobus Wimmers sac. et mon. 1602. Petrus Sittardiensis, magister novitiorum 1606. Henricus Genenden sac. et mon. 1607. Jacobus Büttgen, confessarius in Königsdorf 1607. Martinus Brabach, pastor Gladbacensis 1615. Con-



radus Berghoff, sac. et mon. 1615. Hermannus Hülsen, prior 1615. Wolfgangus Ploenis, pastor Dulkensis 1618.

Tandem et rev. dom. abbas Arnoldus ab Huckelhoven, postquam anno 1601, 3. Januarii electus in abbatem prae-fuisset annis fere 19, obiit anno 1619, 22. Octobris, sepultus in sacello sancti Stephani ad sinistram. Dum abbatiam ad-ministraret, omnem diligentiam ad eius tam in spiritualibus quam temporalibus incrementa convertit, summis viribus liber-tatem ac iura defendit, fratrumque studia magnis impendiis promovit. Defuncto poeta hoc epitaphium condidit:

Hic virtute nitens, hic claro sanguine natus  
Claustri certa salus auxiliumque fuit.  
Iura monasterii sedulo sacrata tuetur,  
Ipsius hinc subiit dira procella caput.  
Calviniana lues primo serpebat in urbem.  
Protinus expelli noxia quaeque facit.  
Mittit Agrippinam fratres, haec una voluptas  
In sophiae studiis excoluisse suos.  
Talibus intentus studiis dum leniter aevum  
Ducit, cum subito mors inopina rapit.

**D. Henricus Goirmans**, abbas XXXIX., in ref. VIII.,  
electus 1619, 24. Octobris.

Sub quo professi: Thomas Knauff Eiffiensis 1621. Jacobus Hilleportz Kempensis 1622. Joannes Quirinarius Sittardiensis 1622. Mathias Pons Marcoduranus 1626. Edmundus Her-manni Heinsbergensis 1626. Andreas Bischoffs Kempensis 1627. Joachim Draeck Kempensis 1627. Wilhelmus Holtz Coloniensis 1629. Theodorus Now Kempensis 1628. Simon Stolberg Coloniensis 1629. Theodorus Cornely Gladbacensis 1628. Joannes Zimmermann Coloniensis 1629. Gerardus Gumpertz Novesius 1630. Georgius Heister Juliacensis 1633.

Defuncti: Reinerus Becks, pastor Kempensis 1619. Petrus Zoutland, diaconus 1624. Fridericus Placopaeus, pastor Vorstenensis 1624. Joannes a Ryswick, pastor Dulkensis 1625. Bartholomaeus Kempis, prior 1625. Joannes Quirinarius sac. et mon. 1628. Joannes Appeldorn, sacrista 1628. Martinus Wipperfurdensis, cantor. 1632. Stephanus Cruchtanus, praepositus in Bocholtz 1634. Joannes Zimmermann sac. et mon. 1634. Jacobus Hilleportz sac. et mon. 1634. Laurentius Seeklerus quondam prior 1635.

Praenominatus abbas postquam anno 1619 monasterii praefecturam adisset ac annis 15 tenuisset, eandem Deo vocante deposuit anno 1635, 22. Octobris aetatis 58. Ecclesiae dum viveret rerumque sacrarum ornatum singulari cura complectebatur. Abbatiae iura strenue propugnavit, usum mitrae sibi suisque successoribus a P. M. Urbano VIII. 1626 impetravit, et in rebus quibusdam tractandis dirigendisque prudentiae ac dexteritatis plura dedit documenta. Defunctum his verbis celebravit poeta:

Haece sepulera tegunt venerandi praesulis ossa  
Qui celebris fama, magnus honore fuit.  
Si fortasse petis, quis praesul, quive vocetur,  
Nomen habent arae, nomen amictus habet.  
Ille decus templi, cultor, tutela, levamen  
Acceptus populo principibusque viris.  
Invida cui longum si vivere fata dedissent  
Plurima pulsa forent posteritate mala.  
Sed calcanda semel via lethri est, gratia, forma,  
Nil landes, nil opes, nil iuvat aura levis.

Ad hunc abbatem anno 1626, 21. Februarii scripsit ultimo Isabella Eugenia, gubernatrix Belgii pro habendo capite sancti Laurentii et ex post nullae amplius reperiuntur factae instantiae: gratia et ope divina retinuit abbatia et adhucdum habet pretiosissimum hunc thesaurum.

**D. Petrus Sybenius**, abbas XL., in ref. IX.,  
electus 1635, 27. Octobris.

Sub cuius regimine professi:

	anno	aetatis
Benedictus Stam Novesiensis . . . . .	1636	22
Maurus Cremerius, Urdingensis . . . . .	1636	22
Sandrardus Kremers Daventriensis . . . . .	1637	23
Petrus Berg Coloniensis . . . . .	1637	21
Albericus Gangelt Ruremundanus . . . . .	1638	25
Placidus Merfeld Juliacensis . . . . .	1638	21
Bruno Charmans Gladbacensis . . . . .	1638	19
Anselmus Genneper ex Vorst . . . . .	1639	21
Vitus Titzius Gladbacensis . . . . .	1640	23
Sigismundus Huiskens Kempensis . . . . .	1641	21
Bartholomaeus Bruis Virsensis . . . . .	1643	23
Conradus Neigenius Virsensis . . . . .	1644	21
Modestus Sels Gladbacensis . . . . .	1645	21
Edmundus Setterich ex Setterich . . . . .	1646	22
Henricus Boden Altorfiensis . . . . .	1646	26
Petrus Hüls Coloniensis . . . . .	1648	19
Ludolphus Steingens Kempensis . . . . .	1648	20
Hermannus Pakenius . . . . .	1649	28
Augustinus Lefebue Venlonensis . . . . .	1649	18
Ambrosius Steingens Kempensis . . . . .	1651	20
Gregorius Nagel Sittardiensis . . . . .	1651	32
Hieronymus Cleven Falcomontensis . . . . .	1651	23
Laurentius a Dript Venlonensis . . . . .	1651	19
Romualdus Calmont Garzensis . . . . .	1655	21
Otto Umlauff Juliacensis . . . . .	1655	25
Carolus Linnich Kempensis . . . . .	1655	20
Sandrardus Keut Virsensis . . . . .	1655	20
Anselmus Tergaten Juliacensis . . . . .	1656	19
Philippus Heiden Anradensis . . . . .	1656	21
Placidus Hillebrinck Viersensis . . . . .	1658	19
Wolphelmus Sittard Dalensis . . . . .	1658	19

	anno	aetatus
Maurus Hensen Dulkensis . . . . .	1658	20
Otto Keutenbrewer Aquensis . . . . .	1658	20
Quirinus Hülsen Dalensis . . . . .	1658	23
Bonifacius Steinwartz Gladbacensis . . . . .	1658	17
Vitus ab Imsteraedt Coloniensis . . . . .	1659	23
Justinus Müller Coloniensis . . . . .	1659	23
Servatius Endepol Gladbacensis . . . . .	1659	23
Paulus Milendonk, Coloniensis Laicus . . . . .	1643	
Matthias Voegelers ex Corschenbroich, Laicus . . . . .	1646	
Matthäus Kochsex Süchteln, Laicus . . . . .	1648	
Paulus Gerkes Kempensis, Laicus . . . . .	1653	

Defuncti:

	anno	mense
Georgius Heister, subdiaconus . . . . .	1636	25. Augusti.
Fridericus Bocholtz, pastor Gladbacensis	1636	22. Augusti.
Stephanus Bongart, novitius . . . . .	1636	11. Octobr.
Thomas Knauff sac. et mon. . . . .	1636	1. Novembr.
Joannes Knöppgens, cellerarius . . . . .	1637	23. Febr.
Petrus Meull, novitius . . . . .	1637	27. Junii.
Theodorus ab Horrich, sacrista . . . . .	1638	8. Junii.
Gerardus Khamis senior . . . . .	1641	24. Martii.
Wilhelmus Holz, praepositus in Bocholtz	1642	26. Julii.
Sandrardus Kremers sac. et mon. . . . .	1642	14. Octobr.
Theodorus Now, sacellanus . . . . .	1643	10. Maii.
Godefridus Kempens, pastor Kempensis	1646	20. Nov.
Andreas Bischoffs, pastor Kempensis . . . . .	1646	24. Nov.
Simon Stolsberg, confessarius in Königs- dorf . . . . .	1640	5. Nov.
Petrus Berg sac. et mon. . . . .	1653	10. Mart.
Edmundus Hermanni, pastor Dulkensis et decanus . . . . .	1653	13. April.
Martinus Karkens, cantor . . . . .	1653	24. April.
Maurus Cremerius, pastor Vorstensis . . . . .	1653	10. Decembr.

	anno	mense
Placidus Merfeld, confessarius in Königsdorf . . . . .	1654	31. Jan.
Henricus Boden sac. et mon. . . . .	1656	16. Dec.
Gerardus Gumpertz, pastor ad sanctum Antonium . . . . .	1657	25. Julii.

Illis ad claustrum admissis, et his in coelum praemissis, tandem et ipse rev. et ampl. dom. Petrus Sybenius, oppido Dahlensi oriundus anno 1596, professus anno 1616, electus et confirmatus anno 1635 abbas huius monasterii, in spiritualibus et temporalibus verbo et exemplo praecipuus, omnibus sui relicto desiderio ad plures abiit et obiit anno 1659, 14. Octobris.

Siste, Pater, Deus ecce vocat, satis esto laborum,

Non moreris, sed orans praemia digna capis.

Hoc sub abbate in monasterio Gladbacensi summa devotione veneratus est caput sancti Laurentii ceterasque huius loci reliquias Alexander VII. P. M. dum adhuc dictus Fabius Chisius ad tractum Rheni nuntium ageret apostolicum.

**D. Bruno Charmanns**, abbas XLI. in ref. X.,  
electus 1659, 15. Octobris.

Sub cuius regimine professi:

	anno	aetatis
Benedictus Horn-Goldschmidt, Novesius . . . . .	1660	19
Bruno Keuth, Virsensis . . . . .	1660	19
Dominicus Ververs, Bruxellensis . . . . .	1661	18
Bernardus Wyenhorst, Geldro-Capell. . . . .	1661	21
Franciscus Cleven, Falcomontensis . . . . .	1661	20
Cölestinus Schlösser, Dülkensis . . . . .	1661	19
Norbertus Dülks, Oedensis . . . . .	1662	18
Aemilianus Stappen, Gladbacensis . . . . .	1662	20
Basilius Everhardts, Sittardensis . . . . .	1663	25
Ignatius Hermbges, Gladbacensis . . . . .	1662	21
Michael Brewers, Gladbacensis . . . . .	1663	21

	anno	aetatis
Josephus Beiters, Dülkensis . . . . .	1664	18
Andreas Bütgenius ex Caesaris-insula. . . . .	1664	24
Gero Schönenbeck, Erkliniensis . . . . .	1664	23
Eugenius de Randerædt, Ruremundanus . . . . .	1665	21
Alexander Cann, Heinsbergensis . . . . .	1665	20
Maximilianus Busch, Dülkensis . . . . .	1665	23
Vincentius von Kamp, Sittardiensis . . . . .	1665	20
Bruno de Randerædt, Ruremundanus . . . . .	1665	22
Albertus Sybenius, Dülkensis . . . . .	1666	24
Everardus Nacatenus, Gladbacensis sac. et mon. lie. s. Theol. ante novitiatum . . . . .	1666	26
Baldericus Falderen, Geldriensis . . . . .	1666	20
Albericus de Randerædt, Ruremundanus . . . . .	1666	19
Gabriel Keuth, Virsensis . . . . .	1667	20
Joacim Laden, Brüggensis . . . . .	1667	19
Martinus Bischoffs, Kempensis . . . . .	1667	21
Daniel Lustraeden, Virsensis . . . . .	1667	20
Hubertus Bahnen, Dülkensis . . . . .	1667	18
Georgius Orth ex Crefeld . . . . .	1670	20
Otto Schafhausen, Sittardiensis . . . . .	1674	21
Bernardus Hoff ex Corschenbroich . . . . .	1680	23
Stephanus Bierms, Gladbacensis laicus . . . . .	1661	
Romanus Beckers, Ruremundanus laicus . . . . .	1661	
Reinoldus Porten Kempensis laicus . . . . .	1664	
Sandrardus de Maube laicus . . . . .	1670	
Clemens Gerresheim ex Wickerath laicus . . . . .	1671	
Gerardus Zehris, Virsensis laicus . . . . .	1679	
Lambertus Jansen ex Kochem laicus . . . . .	1679	

Defuncti:

	anno	mense
Carolus Linnich sac. et mon. . . . .	1661	20. April.
Bruno Keuth, mon. professus . . . . .	1661	8. Decembr.
Vitus ab Imsterædt sacrista . . . . .	1662	13. Sept.

	anno	mense
Sandrardus Keuth sac. et mon. . . . .	1663	10. Febr.
Otto Keutenbrewer sac. et mon. . . . .	1663	27. Oct.
Bernardus Wyenhorst culinae praefectus	1664	24. Aug.
Benedictus Stam subprior. . . . .	1665	18. April.
Matthias Pons pastor Dülkens. et decanus.	1665	4. Jan.
Albericus Gangelt sac. et mon. . . . .	1666	7. April.
Gregorius Nagel cellerarius . . . . .	1666	18. Aug.
Romanus Beckers laicus . . . . .	1666	23. Oct.
Matthias Vogelers mon. professus . . . .	1667	15. Maii.
Joannes Hösen pastor in Weiler . . . . .	1669	11. Juni.
Joannes Eschweiler pastor in Hardt . . .	1669	16. Oct.
Maximilianus Busch lector Theol. Hildesii	1670	21. Jan.
Joacim Hensen novitius Dülkensis . . .	1670	18. Sept.
Otto Umlauff sacellanus Kempensis . . .	1672	30. Jan.
Modestus Sels pastor ad sanctum Antonium	1674	22. Juni.
Hermannus Packenius sac. et mon. . . .	1674	28. Sept.
Anselmus Genneper, pastor Kempensis . .	1674	29. Nov.
Matthias Kochs, conversus . . . . .	1678	3. Nov.
Clemens Gerresheim laicus . . . . .	1678	3. Nov.
Vitus Titzius praepositus in Bocholtz . .	1679	11. Febr.
Anselmus Tergaten prior . . . . .	1679	18. Sept.
Ignatius Hermges quondam sacellanus in Vorst . . . . .	1680	17. Febr.
Otto Schaffhausen sac. et mon. . . . .	1680	28. Juni.
Bartholomaeus Bruis, pastor in Oedt . .	1680	11. April.

Tandem et ipse rev. dominus Bruno Charmans, Gladbaecensis abbas, in spiritualibus et temporalibus longe meritissimus, vitam hanc mortalem cum regimine posuit anno 1680, 28. Octobris aetatis 63. regiminis 21. immortalis sui nominis gloria et memoria, perennibus monumentis consignata, posteritati relictis, cuius animae lector sanctam pacem precator.

Heu cecidit Bruno, nostri decus ordinis, abbas,

Non obiit, melior reddita vita seni est,

Fataque dant illi magno pro munere letum

Tempore, quo triste est vivere, dulce mori.

Sepultus est in navi ecclesiae ad marmoreum lapidem aquae benedictae. Sub hoc abbate caput sancti Viti, sancti Laurentii, sanctae Christinae ceterasque huius monasterii sacras reliquias tenerrima animae devotione venerati sunt sereniss. et reverendiss. dom. Maximilianus Henricus, archiepiscopus et elector Coloniensis, reverendissimi et celsissimi principes Franciscus Egon et Marguardus cathedralium ecclesiarum Argentinensis et Eystettensis episcopi aliique plures comites et barones. Tria quoque elevata sepulera in monasteriali crypta, consentiente archiepiscopo aperta sunt, prout sequens relatio docet:

Ego infrascriptus attestor et notum facio, quod anno Domini supra millesimum sexcentesimo sexagesimo quinto, die quidem Martis, 25. Augusti, reverendissimus et amplissimus D. D. Bruno Charmans, abbas monasterii s. Viti martyris in Gladbach etc., dominus noster honoratissimus proposuerit mihi, ea de causa ad se accersito, commissum sibi a reverendissimo et serenissimo domino archiepiscopo et principe electore Coloniensi, domino nostro clementissimo, ibidem 15. et 16. currentis mensis Augusti praesente et sacra loca monasterii visitante, quatenus pro opportunitate sepulera vel monumenta in crypta, altiori tumulo insignia, reseraret visitaretque, ut si quae ibidem invenirentur reliquiae insigniores, aut corpora patrum nostrorum, sanctorum monachorum, ea pro decencia, etiam vel ipsa sua serenitate accedente elevarentur et maiori honore afficerentur, suae itaque amplitudini decretum esse, ea et non alia intentione, sepulera praefata aperire, ad Dei et charorum suorum maiorem honorem, requirere itaque me, ut huic reservationi testis assisterem et quid inveniretur, diligenter adnotarem. Praefata itaque die Martis circa horam 12. meridianam, bene memoratus dominus abbas, rev. P. prior Anselmus Tergaten, ego et frater Paulus Gerkens laicus, intravimus cryptam Gladbacensem antedictam et tumulum supra terram ad duos circiter pedes elevatum et



lapide exstructum, tegente superne integro saxo, ante altare s. Pantaleonis, versus meridiem situatum, in Dei nomine deteximus, lapides leppi deposuimus et inferne aggestam tellurem demoliti sumus, cumque circiter pedis profunditate perveniremus deorsum, invenimus tophum, non quidem sepulcrum, quod erat circiter sex vel septem pedum sua magnitudine adaequans sed duorum pedum magnitudinem in quadrum non excedentem, cui cum circumpositam terram exhumaremus, invenimus hunc tophum alteri lapidi superpositum et quasi pro operculo servientem, amoto enim hoc lapide, alium lapidem in quadrum, per modum scutellae excavatum, cui sacrae reliquiae impositae erant, reperimus. Reliquiae autem erant huiusmodi: erat cranium hominis, parte convexa lapidem versus depositum, huic autem cranio suppositum erat os sacrum, tantae longitudinis, ut utrimque cranium, unius digiti longitudine circiter excederet. Invasit nos sacer quidam horror, invenientes thesaurum magna sollicitudine a maioribus depositum, forsitan, ut per reliquias illas, loco tum temporis instruendo, maiorem conciliarent a Deo protectionem, vel quae alia subierit animum nostrum cogitatio, Deus novit. Ex mandato interim amplitudinis domini abbatis adstantis, cranium reverenter sublevavi eidemque os sacrum in manus dedi, quod luci illatum, talem referebat scripturam: „haec sunt reliquiae sancti Alberici etc.“, pluribus in oblongum adhuc expressis literis, sed prae vetustate fugientibus et illegibibus. Venerati sumus reliquias qua potuimus devotione, et diligenter inspectas reposuimus, ut ante fuerant, apprehensionem tamen digitorum vix sustinentes, sed prae vetustate situque in favillam desinentes, maxime cranio. Petivimus et oravimus Deum humilibus suspiriis, ut sanctus, cuius reliquiae haec sunt, noster apud Deum intercessor esse dignetur et easdem repositas lapide superimposito cooperuimus, tumulum et aggestam humum iam regestam ut prius clausimus, et in Domino regressi sumus ad monasterium.

Succedente die Jovis, quae erat 27. eiusdem mensis Augusti,

reverendissimus dominus praelatus, antememoratae suae serenitatis archiepiscopi et principis electoris Coloniensis menti ac propriae, sanctos honorandi inclinationi obsequendo, veteriorem adhuc duorum in crypta existentium sepulcrorum apertionem exequi decrevit. Intravimus itaque cryptam hora circiter secunda post meridiem et alterum sepulcrum, supra terram, ut superius, elevatum et ante crucifixum, versus aquilonem a priori collocatum et in medio trium editorum sepulcrorum constitutum, reverenter aperuimus. Lapide itaque supremo, qui erat lignea catasta circumseptus, et aggesta humo deposita, cum ad profunditatem sesqui pedis circiter in terram defodisset frater laicus, invenimus lapidem marmoreum, colore albicante, longum  $6\frac{1}{2}$  pedes, latum pedem et semis. Inspicientes diligentius quid hoc lapidis esset, eum esse operculum seu tegumentum alicuius sarcophagi, quo demortui hominis corpus contineretur, comperimus, amolientes ergo hunc lapidem, invenimus arcam lapideam quatuor diversis lapidibus, magnitudine superiori correspondente exstructam et in modum cistae profundam, et huic loculo inclusum erat ac sepultum corpus hominis, qui fuerat abbas, ut collegimus huius loci, erat enim vestitus habitu religioso, qui apprehensus non sustinebat digitos, sed statim in pulverem desinebat, habebat sandalia in pedibus, quorum unam partem, pedis dexteri plantam tegentem, exemimus penitusque inspeximus. Baculus seu pedum pastorale collocatum erat ad dexterum latus, cuius superiorem partem, aereo cuspidate decurvatam reverendissimus dominus praelatus secum sumpsit; calix stanneus, humilior usualibus, pectori erat impositus, nihil continens nisi favillam et cinerem. Caput erat alba favilla et praeterea nihil reliqua ossa adhuc quidem palpabilia, eandem materiam minitabantur. Precati sumus requiem aeternam quiescenti domino abbati, procul dubio ex huius monasterii primis, et si superorum iam gauderet sedibus, ut nostri memor sit apud Deum, et loculum clausimus, operiens tamen lapis sarcophagum, ubi repositus est, accepit scissuram in medio latitudinis.

Quo facto tertium in crypta constructum tumulum magis ad aquilonarem plagam et quidem e regione principalis ibidem altaris B. Virginis aggressi sumus. Maioris erat laboris huius reseratio, quia caemento et indurata caele undique, supra scilicet et infra terram erat affirmatus. Cum vero duobus pedibus profundam eruissemus terram, de eodem marmore, quo ante, reperimus lapidem oblongum et superne non nihil orbiculatum, erat longus pedes octo et latus duos. Quo laboriose amoto, invenimus ei suppositum et correspondentem sarcophagum, non diversis quatuor, ut ante, sed uno solido lapide excisum et corpus, seu potius cinerem humanum continentem, nullo tamen scripto ad posteritatem insignitum, prout nec in superiori. Admirati sumus antiquitatem tanto conatu corpora sub terra custodientem, diversimode a nostris temporibus, quibus maior super terram ad conspectum et memoriam posterorum insumitur labor et impensa. Apparebat autem pium ibi quiescentem fuisse sacerdotem et monachum, floccum siquidem monachalem habebat super faciem deductum et calicem stanneum in pectore, cuius iam pes corruptus erat, vestimentum eius erat floccus seu habitus religiosus, ex tenuiori tela non lanca, sed rascia, vel aliae tenuioris texturae, cui superinductum erat superpelliceum, non tamen ultra genua. Utraque haec protensa erant, cum superius funus talo tenus habuerit vestimentum. Crepidis, ut colligere potuimus, indutus erat ex corio, vestimenta adhuc sustinebant attactum, partes etiam integras decerpimus et domino abbati adstanti palpandas porreximus. Sarcophagus erat longus, ut praefatur, octo circiter meos pedes et corpus sepulti hanc longitudinem non assequebatur, sesqui pedes distans. Caput et reliqua ossa totius corporis ita deperierant, in cinerem, pulverem et favillam resoluta, ut dubitares, num ibi aliquando corpus hominis collocatum fuisset, praeter cinerem album nihil corporis humani erat videre, verum inanitatis humanae monumentum et vivum speculum. Precati sumus pie quiescenti ibidem et tubam novissimam praestolanti

confratri, et dominum abbatem, loculum denuo per fratrem laicum claudi iubentem, ad septa monasterii secuti sumus. Notandum autem, quod hi duo vere sacerdotes, pedibus versus orientem sepulti fuerint.

Haec ita anno et die, quibus supra, ad honorem Dei et sanctorum eius gesta et actitata sunt, quae ut omnibus et quibuscunque pro habenda notitia servirent, maxime iis, qui aliquando cupiditate sciendi, quid hisce monumentis tegetetur, extimulari possint, hinc a rev. domino abbate iussus, tenui quidem Minerva, vera tamen conscientia conscripsi.

**F. Anselmus Gennep,**

monasterii Gladbacensis professor, humilis  
pastor Kempensis.

**D. Ambrosius steingens,** abbas XLII., in ref. XI.  
electus 1680, 20. Novembris.

Sub cuius regimine professi:

	anno	aetatis
Ambrosius Manten Gladbacensis . . . . .	1661	21
Vitus Sybenius Gladbacensis . . . . .	1682	18
Sandrardus Gross Bonnensis . . . . .	1682	24
Benedictus Moshovel Reesensis . . . . .	1684	27
Gregorius Menghius Virsensis . . . . .	1684	27
Anselmus Lubter ex Hüls . . . . .	1684	22
Edmundus Nouffer Kempensis . . . . .	1687	21
Laurentius Kolck Roterodamus . . . . .	1687	23
Bruno Lanio Dahlensis . . . . .	1687	22
Basilius Keuter Aquensis . . . . .	1687	21
Conradus Melis Ruremundanus . . . . .	1688	21
Petrus Knor Cornelimunstrensis . . . . .	1691	20
Otto Illem Geldro-Kapellus . . . . .	1691	24
Leonardus Lauven ex Elmt . . . . .	1691	20
Josephus Salm Coloniensis . . . . .	1692	20
Beda Hallet Aquensis . . . . .	1692	25

	anno	aetatis
Servatius van den Berg Ruremundanus . . . . .	1693	19
Franciscus Schröders ex Beek . . . . .	1693	24
Coelestinus Knor Cornelimunstrensis . . . . .	1693	19
Gero Maus Gladbacensis . . . . .	1698	20
Sandrardus Bütgenius Erkliniensis . . . . .	1698	23
Hieronymus Schiffers Juliacensis . . . . .	1698	27
Joannes Klaubert Cornelimuastrensis . . . . .	1698	20
Ignatius Stephani Bonnensis . . . . .	1700	19
Antonius Siegers Gladbacensis . . . . .	1700	19
Wolphelmus Heffenmenger Juliacensis . . . . .	1700	25
Theodorus Bramertz Cornelimunstrensis . . . . .	1701	19
Bonifacius Jacobi Gladbacensis . . . . .	1701	19
Romanus Baum Novesius, laicus . . . . .	1684	
Paulus Spelters Gladbacensis, laicus . . . . .	1694	

Defuncti:

	anno	mense
Eugenius de Randerath ex Manice malo . . . . .	1681	24 Decembr.
Quirinus Hulsen pastor in Hardt . . . . .	1682	26. Martii.
Sigismundus Hüsken pastor Gladbacensis . . . . .	1683	2. Febr.
Edmundus Setterich pastor st. Anton. . . . .	1683	4. Julii.
Benedictus Horn sacrista . . . . .	1684	19. Jan.
Basilius Everhard cellerarius . . . . .	1684	30. Maii.
Coelestinus Schloesser lector Theol. . . . .	1685	29. April.
Laurentius aDript, Vic. general. Paderborn. . . . .	1686	29. April.
Bruno de Randerath ex Manice malo . . . . .	1687	7. Jan.
Conradus Neigenius pastor Gladbacensis . . . . .	1687	17 April.
Hubertus Bahnen lector Theol. . . . .	1688	4 Augusti.
Josephus Reiters sac. et mon. . . . .	1688	13. Decembr.
Georgius Orth lector Theol. . . . .	1689	3. Febr.
Gero Schönenbeck cellerarius . . . . .	1689	19. Sept
Vincentius Kamp . . . . .	1689	10. Octobr.
Sandrardus Gross, spindarius . . . . .	1689	29. Decembr.
Servatius Endepohl sac. et mon. . . . .	1691	12. Mart.

	anno	mense
Philippus Heiden sac. et mon. . . . .	1691	10. Junii.
Gabriel Keuth sacell. in Oedt . . . . .	1692	4. April.
Franciscus Kleven Theol. Dr. Treviris .	1692	3. Septembr.
Hieronymus Kleven pastor in Hardt .	1696	4 Mart.
Robertus Hogenthal sacrista . . . . .	1696	8. Septbr.
Rudolphus Steingens pastor in Vorst .	1696	5. Decembr.
Romualdus Calmont pastor in Nieder- lutzingen . . . . .	1697	9. Decembr.
Martinus Bischoffs sac. et mon. . . . .	1699	7. Junii.
Wolphelmus Sittardt, pastor Gladbacensis	1700	11. Augusti.
Bonifacius Steinwartz, pastor Gladbacensis	1700	13. Nov.
Maurus Hensen, pastor in Oedt . . . . .	1701	20. Octbr.
Paulus Gerkes laicus . . . . .		
Paulus Milendonk laicus . . . . .		
Theodorus Odendal laicus . . . . .		

Hos viam universae carnis ingressos secutus tandem est rev. et perillustris D. Ambrosius Steingens, patria Kempensis, abbas et s. congregationis Bursfeldensis praeses principalis, vir annis et meritis plenus, anno 1703, 24. Novembris.

Hunc obiisse patrem coetus deplorat et orat  
Ambrosius sancta pace quiescat. Amen.

Sepultus iacet ante altare st. Scholasticae, monumento a suo successore honoratus cum inscriptione sequentis carminis:

„Conditur hac petra, dum petrae panditur aethra.“

(NB. Abbatis nomen baptismale fuit Petrus et cognomen Steingens.)

Anno 1683 servatum est capitulum generale in hoc monasterio, cui praesedit rev. et perillustris Aegidius Romanus, abbas ad st. Pantaleonem, congregationis Bursfeldensis praeses principalis, interfuerunt praeter praesidem 17 abbates et prior Corbeiensis Florentius van der Velde.

Sub hoc abbate ss. reliquias hic venerati sunt serenissimi

principes, germani fratres, Eugenius et Philippus de Croy.  
Item illustrissimus et reverendissimus dom. Reginaldus episcopus Ruremundanus.

**D. Petrus Knor**, abbas XLIII,  
in reformatione XII., electus anno 1703, 4. Decembris.

Sub cuius regimine professi:

	anno	aetatis
Petrus Kraus Aquensis . . . . .	1705	20
Jacobus Maifisch Gladbacensis . . . . .	1705	20
Thomas Hoster Gladbacensis . . . . .	1705	21
Philippus Ingenes Ruremundanus . . . . .	1705	22
Matthias Mengels Porcetanus . . . . .	1707	20
Cornelius Hürten ex Stein . . . . .	1707	26
Bartholomäus Gysen Ruremundanus . . . . .	1707	26
Martinus Krantz ex Loevenich . . . . .	1707	23
Andreas Aretz Erkliniensis . . . . .	1708	20
Lambertus Molls Dülkensis . . . . .	1710	27
Maurus Aretz Erkliniensis . . . . .	1711	20
Placidus Requile Visetensis . . . . .	1711	20
Michael Scheffen Coloniensis . . . . .	1713	20
Augustinus Tendäer Geldriensis . . . . .	1713	24
Laurentius Schröters ex Waldfeucht . . . . .	1713	18
Stephanus Jansen Ruremundanus . . . . .	1713	23
Dionysius Hoster Gladbacensis . . . . .	1715	21
Casimir Maus ex Sinzenich . . . . .	1715	23
Nicolaus Scheutt Kempensis . . . . .	1716	20
Carolus Peltzer Aquensis . . . . .	1717	23
Clemens Harnischmacher Gladbacensis . . . . .	1717	19
Sebastianus Berchem Tolbiacensis . . . . .	1717	24
Bernardus Conen Tolbiacensis . . . . .	1717	22
Gallus Mostartz Aquensis . . . . .	1717	17
Ludovicus Oproeth Xantensis . . . . .	1718	23
Vincentius Marbaisé Verviensis . . . . .	1718	20

	anno	aetatis
Athanasius Baumann Xantensis . . . . .	1718	23
Matthias Engels Montens. ex Eller . . . . .	1719	26
Lucas Menghlius Viersensis . . . . .	1720	20
Marcus Lodorf Oedensis . . . . .	1720	20
Leo Severins Gladbacensis . . . . .	1721	20
Barnabas Erlenwein Urdingensis . . . . .	1721	20
Gregor Kaufmanns ex Hüls . . . . .	1722	25
Ambrosius Specht ex Korschenbroich . . . . .	1722	19
Augustinus Lenaiff Malmudariensis . . . . .	1722	26
Aegidius de Hessele ex Herl . . . . .	1724	23
Hieronymus Meier Erkliniensis . . . . .	1724	22
Isidor Pesch Gladbacensis . . . . .	1724	22
Petrus Schutt Kempensis . . . . .	1724	26
Bruno Schorn Dusselanus . . . . .	1724	21
Henricus Knop Ruremundanus	} Laici . . . . .	1714
Norbertus Meier ex Brauweiler		
Antonius Titzen Kempensis		

Defuncti:

	anno	mense
Norbertus Dülcks, pastor in Hardt . . . . .	1706	15. Sept.
Placidus Hillebrink pastor ad st. Anton	1707	27. Sept.
Andreas Butgenius sac. et mon. . . . .	1707	14. Oct.
Augustus Lefebue, pastor Dülkens. et decan.	1708	11. Mart.
Michael Brewer, pastor in Weiler . . . . .	1708	20. Jul.
Baldericus Palderen sacellanus in Vorst	1709	8. Febr.
Albericus de Randerædt ex Manice malo	1709	14. Decembr.
Joachim Laden sac. et mon. . . . .	1710	27. Oct.
Laurentius Kolch sac. et mon. . . . .	1712	16. Jul.
Justinus Müller sac. et mon. . . . .	1712	25. Sept.
Daniel Lustraten, pastor in Vorst . . . . .	1713	13. Decembr.
Alexander Cann praepositus in Bocholtz	1714	9. Aug.
Basilius Keuter, pastor in Weiler . . . . .	1716	1. Jun.
Everardus Nacatenus, pastor Kempensis	1716	20. Sept.



	anno	mense
Albertus Sybenius sac. et mon. . . . .	1716	29. Nov.
Gregorius Menghius cellerarius . . . . .	1717	26. Febr.
Bernardus Hoff sacellanus Dulkensis . . . . .	1717	15. April.
Bruno Lanio pastor Gladbacensis . . . . .	1717	22. Jul.
Thomas Hoster lector Philos. . . . .	1718	4. Maii,
Ambrosius Manten, pastor Gladbacensis	1718	3. Nov.
Matthias Mengels sacellanus Kempensis	1719	18. Apr.
Dominicus Verver sac. et mon. . . . .	1719	28. Apr.
Augustinus Tendaer sac. et mon. . . . .	1719	23. Oct.
Aemilianus Stapper sac. et mon. . . . .	1720	22. Nov.
Maurus Aretz sacellanus Gladbacensis . . . . .	1720	22. Nov.
Petrus Kraus sacellanus Dulkensis . . . . .	1722	14. Jun.
Theodorus Bramertz, pastor in Weiler	1723	31. Aug.
Cornelius Hurten spindarius . . . . .	1723	8. Sept.
Ignatius Stephani, pastor in Vorst . . . . .	1723	24. Apr.
Andreas Aretz, pastor in Vorst . . . . .	1724	4. Dec.
Benedictus Moshövel, pastor in Oedt . . . . .	1724	20. Dec.
Anselmus Lubler, prior in Bocholtz . . . . .	1725	—
Isidorus Pesch, subdiaconus . . . . .	1725	2. Febr.
Lambertus Jansen	} laici . . . . .	
Stephanus Bierm's		
Henricus Knop		

Sepultus est hic abbas in medio navis ecclesiae immediate retro sepulcrum rev. abbatis Aegidii a Bocholtz ac eiusdem lapidi sepulchrali successor hoc carmen apposuit: „Haec petra abbatis ossa continet Petri.“ Qui et sequentia his adiunxit: „Hic rev. Petrus, fractis ad hanc petram persecutionum procellis, tandem et ipse non senio, sed laboribus fractus, non annis, sed meritis gravis a terris obiit, perpetuaeque securitatis portum adiit, immortalis apud posteros victurus memoria.“

„Haec petra est rapidis mortis concussa sagittis, Aethereis nunquam concutienda plagis.“

R. D. Petrus Knor origine Cornelio Indensis a teneris annis

ingenio ac moribus supra aetatem maturior, in studiis se semper praecellentem exhibuit, ad religionem Benedictinam in monasterio Gladbacensi anno 1689 admissus, ab et sub eodem rev. dom abbate Ambrosio Steingens, professus anno 1691, eiusdem reverendissimi, qua almae unionis Bursfeldensis praesidis, ob dotem in scribendo et componendo praecipuam, multis annis egit secretarium, post cuius mortem in eius locum, cum omnium plausu, meritissimus successit, annorum 32, cuius aetatem non in annis, sed in singularibus eiusdem donis computavimus. Fuit namque hic praesul ob eximias, quibus a Deo ditatus erat dotes ac qualitates, non tantum abbatali dignitate, verum etiam longiori in eadem regimine dignissimus. Eius in omni scientiarum genere versatissimi habilitatem in agendis, ac prudentiam in consiliis, merito venerabantur omnes, revera vir potens in opere et sermone. Insuper in sua nunquam satis laudanda conversatione adiungebat profundae doctrinae tanta cum humanissima affabilitate amabilitatem, ut non solum omnes omnium suorum animos, verum etiam magnorum principum corda suavissime vinciens, magnam sui sibi ipsi conciliaverit aestimationem. Sub serenissimo electore palatino Joanne Wilhelmo Dusseldorpii pro animabus mortuorum magnatum, inter quos augustissimus imperator Leopoldus, potentissimus rex Portugaliae Petrus, serenissima electrix vidua Isabella Amalia, augustissimus imperator Josephus etc, ipsemet pontificaliter solemnissimas celebrans exequias, vel illustrissimo domino episcopo assistens, pretiosissimis in auro et argento honorariis ab aliefato serenissimo est honoratus, magnoque apud eundem in pretio habitus. Serenissimum ordinis Teutonici magistrum, postea Trevirensen, nunc vero Moguntinensem creatum electorem, hospitio excepit magnamque sibi apud eundem gratiam acquisivit, imo vero plures magnos dominos ita inflexit, ut ex hostibus monasterii amicos, ex persecutoribus protectores effecerit. In temporalibus aequae ac spiritualibus praefuit tam paterne, praefuit tam sollicitae, ut eiusdem in utroque genere dex-

teritas fuerit admiranda. Dilexit decorem domus Dei, quapropter paramenta pulcherrima intulit in domum Dei, vasa aurea et argentea. Similique materiae, ut laudaret Dominum coeli et terrae in sanctis eius, inclusit eorundem reliquias, inter quas caput s. Laurentii, caput s. Christinae, brachium s. Wolphelmi, brachium s. Stephani P. M., brachium s. Viti etc., ornatu prorsus pretiosissimo. Abbatiam maxima ex parte funditus de novo exstruxit, stetitque pro monasterii iuribus veluti murus inexpugnabilis et petra inconcussibilis, quem in finem propria manu plurima conscripsit, antiquissima documenta et scripta omnia incomparabili industria perlegit, registravit, rubricavit, totumque archivum ad tam accommodatissimum perduxit ordinem, ut aeternam sui nominis nobis reliquerit memoriam. Paucis: hic quantus vir fuerit, facilius propria facta, quam aliena verba expresserint. Interim divinae bonitati placuit per concurrentem cum catarro suffocativo febrim, anno 1725, 17. Februarii, praematura morte ad se evocare dilectissimam amatissimi ac prudentissimi huius patris nostri animam, aetatis 54., abbatialis regiminis 22., cuius morte desolati filii Gladbacenses ingemiscentes cum veritate dicere possunt: non erat vir melior illo, ideoque cum luctu saepe saepius repetunt: pupilli facti sumus absque patre, mater nostra (nempe monasterium nostrum) quasi vidua, perdidimus illum.

**D. Servatius van den Berg**, abbas XLIV., in ref. XIII., electus 1725, 24. Februarii.

Rev. dom. Servatius van den Berg, patria Ruremundanus, ex pastore Hardtensi anno 1725, 28. Februarii electus abbas, mense Martio confirmatus, et 8. Aprilis a rev. dom. Casparo episcopo Rodiopolitano, Coloniensi suffraganeo, assistentibus abbatibus Michaele Rüttges Tuitiensi, et Edmundo Schmitz Brauweilerensi, in nostra ecclesia benedictus, 1728, 5. Septembris electus est praeses congregationis Bursfeldensis, obiit 1750 in

die Pentecostes, 17. Maii, aetatis 76., professionis 57., sacerdotii 51., regiminis 25. Sepultus in sacello s. Crucis prope baptisterium. Non solum bonus, sed optimus et amantissimus pater confratrum suorum, cuius obitum omnes merito dolent.

Sub quo professi in ordine sequentes:

	anno	aetatis
Benedictus la Haye Ruremundanus . . . . .	1725	20
Servatius Vorst Cornelimunsterensis . . . . .	1726	20
Ignatius Kölges Gladbacensis . . . . .	1726	20
Franciscus Linnarz Gladbacensis . . . . .	1726	18
Maurus Specht ex Korschenbroich . . . . .	1726	19
Josephus Herringen Dulkensis . . . . .	1726	19
Andreas Phlippen Gladbacensis . . . . .	1726	20
Dionysius Damen Ruremundanus . . . . .	1727	21
Thomas Lenaiff Malmundariensis . . . . .	1727	22
Anselmus Sittard Kempensis . . . . .	1728	20
Gerardus Sigers Gladbacensis . . . . .	1728	20
Theodorus Brandts Gladbacensis . . . . .	1728	19
Philippus Lodorf Oedensis . . . . .	1728	19
Dominicus Menghius Oedensis . . . . .	1728	21
Edmundus Denner Oedensis . . . . .	1729	19
Placidus Fischer Kempensis . . . . .	1729	19
Henricus Genender Gladbacensis . . . . .	1729	20
Fridericus Blum Traiectensis . . . . .	1729	20
Eugenius Heusen ex Lüttelforst . . . . .	1731	21
Leander Schmitz ex Grefrath . . . . .	1731	18
Dominicus Zerres sac. canonicus Dusselanus . . . . .	1733	25
Lambertus Raves Dulkensis . . . . .	1733	19
Beda Aegidi ex Nersen . . . . .	1733	18
Aemilianus Goirmans ex Kaulhausen . . . . .	1733	27
Emmanuel van Dalen Ruremundanus . . . . .	1737	20
Vitus Kannengieser Marcoduranus . . . . .	1739	18
Edmundus Schmitz ex Brauweiler . . . . .	1740	19
Coelestinus Bergmann Xantensis . . . . .	1740	19
Henricus Birkenbusch ex Füssenich . . . . .	1741	20

	anno	aetatis
Joannes Schnabel Ruremundanus . . . . .	1741	22
Jacobus Reuter Novesiensis . . . . .	1744	21
Bruno Wietz Ravengiesburgensis . . . . .	1744	22
Gregorius Breyel ex Wanlo . . . . .	1744	20
Paulus Maus Gladbacensis . . . . .	1744	19
Martinus Möhlen Dulkensis . . . . .	1744	21
Gallus Hoster Gladbacensis . . . . .	1746	18
Franciscus Brandts ex Jüchen . . . . .	1746	21
Petrus Schmoll ex Breinig . . . . .	1746	23
Gregorius Menghius Oedensis . . . . .	1746	18
Anselmus Nolten ex Waldfrucht . . . . .	1746	19
Remigius Rütges Virsensis . . . . .	1746	20
Ferdinandus Golsheim Gladbacensis . . . . .	1748	21
Placidus de Stockmans Cortracensis . . . . .	1748	24
Leander Scheerer Kempensis . . . . .	1748	20
Ludovicus Dickmann } laici . . . . .	1730	
Antonius Titzen }		

Defuncti:

	anno
Franciscus Schröder sac. et mon. . . . .	1725
Josephus Salm sac. et mon. . . . .	1726
Dionysius Molten pastor in Hardt . . . . .	1727
Philippus Ingenes prior in Königsdorf . . . . .	1727
Edmundus Nouffer sacrista . . . . .	1728
Conradus Melis sac. et mon . . . . .	1729
Placidus Requile sac. et mon. . . . .	1730
Ludovicus Oproeth sac. in Königsdorf . . . . .	1731
Beda Hallet pastor ad st. Anton . . . . .	1731
Barnabas Erlenwein cellerarius . . . . .	1731
Lambertus Mols pastor in Vorst . . . . .	1732
Vincentius Marbaise sacrista . . . . .	1732
Martinus Krantz pastor Gladbacensis . . . . .	1734
Coelestinus Knor pastor Dulkensis et decanus . . . . .	1735

	anno
Gero Maus pastor Cornelimunsterensis . . . . .	1735
Marcus Lodorf sacellanus Kempensis . . . . .	1736
Bonifacius Jacobi sac. et mon. . . . .	1736
Gregorius Kaufmann pastor in Vorst . . . . .	1736
Henricus Genendius sac. et mon. . . . .	1736
Vitus Sybenius senior . . . . .	1738
Edmundus Denner sac. et mon. . . . .	1738
Nicolaus Scheutt sac. et mon. . . . .	1740
Joannes Klaubert pastor Cornelimonstrensis . . . . .	1741
Gallus Mostartz sacellanus Gladbacensis . . . . .	1742
Anselmus Sittarz sac. et mon. . . . .	1742
Bruno Schorn sac. et mon. . . . .	1742
Jacobus Meyfisch pastor in Hardt . . . . .	1743
Franciscus Linnartz sac. et mon. . . . .	1743
Sandrardus Butzenius pastor in Weiler . . . . .	1743
Leonardus Lauven pastor Kempensis . . . . .	1744
Bartholomaeus Gysen sac. et mon. . . . .	1745
Petrus Schütt pastor in Vorst . . . . .	1745
Leo Severins sacellanus in Oedt . . . . .	1745
Gregorius Breyel subdiaconus . . . . .	1746
Philippus Lodorf sacellanus in Vorst . . . . .	1747
Leander Schmitz magister novitiorum . . . . .	1747
Odo Illen quond. prior conventualis . . . . .	1748
Casimirus Maus cellerarius . . . . .	1749
Paulus Spelters } laici . . . . .	1726
Norbertus Meyer } . . . . .	1738

**D. Ambrosius Specht**, abbas in ref. XIV.,  
ab initio foundationis XLIV.

Electus anno 1750, 25. Maii ex praeposito Bocholtano, confirmatus, et Coloniae, 2. Augusti a rev. domino Casparo de Franken-Siersdorff, suffraganeo Coloniensi, assistentibus abbatibus Francisco Spitz ad st. Mariam maiorem et Leonardo

Janssen Knechtstettensi benedictus. Obiit anno 1772, 26. Julii, aetatis 69., professionis 50., sacerdotii 46., regiminis 22., sepultus in capella s. Crucis sub altaris suppedaneo. Sub quo professi in ordine sequentes:

	anno	mense	aetatis
Michael Hoster Dulkensis . . . . .	1754	24. Nov.	23
Odo Kalker ex Anheim . . . . .	1754	24. Nov.	20
Sandrardus Preisser Confluentinus . . . . .	1754	24. Nov.	22
Gero Heuster Aquensis . . . . .	1755	8. Sept.	23
Wolphelmus Knoblauch Coloniensis . . . . .	1756	6. Jan.	19
Matthias Müller ex Frechen . . . . .	1756	13. Nov.	21
Josephus Boosfeld Bonnensis . . . . .	1757	13. Nov.	22
Philippus Widderhofen ex Heel . . . . .	1757	13. Nov.	26
Stephanus Drink Oedensis . . . . .	1757	13. Nov.	18
Amandus Schieffer ex Freimershdorf. . . . .	1758	27. Maii.	23
Athanasius Beys ex Froenhoven . . . . .	1759	13. Maii.	25
Vitus Bungs ex Jüsten . . . . .	1760	22 Jun.	21
Andreas Wackers ex Melich . . . . .	1761	19. April.	20
Bernardus Contzen Porcetanus . . . . .	1763	8. Maii.	25
Clemens Merzbach ex Ersdorf . . . . .	1763	8. Maii.	22
Isidorus Pütz Aquensis . . . . .	1763	8. Maii.	20
Matthias Witthoff Novesius . . . . .	1764	9. Aug.	24
Willibaldus Schäfer ex Breisig . . . . .	1764	11. Dec.	20
Laurentius Hall Kempensis . . . . .	1767	10. Maii.	20
Albericus Heuskes Kempensis . . . . .	1768	21. Junii.	20
Dionysius Deters Westphalomunsterensis . . . . .	1770	13. Nov.	21
Wolphelmus Stans ex Grevenbroich . . . . .	1770	13. Nov.	24
Leo Custodis Dusselanus . . . . .	1770	13. Nov.	20
Benedictus Koch Dusselanus . . . . .	1770	13. Nov.	19
Maurus Ahn ex Bardenberg . . . . .	1770	13. Nov.	20
Albertus Kruchen ex Giesenkirchen . . . . .	1770	13. Nov.	24

Defuncti:

	anno	mense
Wolphelmus Heffenmenger sac. et mon. . . . .	1751	13. Sept.
Ludovicus Dickmanns conversus . . . . .	1751	19. Oct.

	anno	mense
Dionysius Dahmen pastor in Vorst . . .	1752	8. Apr.
Michael Scheffen sac. et mon. . . . .	1752	4. Dec.
Eugenius Heussen quond. prior conventual.	1753	22. Dec.
Aemilianus Goirmanns pastor in Weiler	1754	4. Jun.
Athanasius Baumanns quond. sacellanus Kempensis . . . . .	1754	20. Jul.
Placidus Fischer pastor in Vorst . . .	1755	3. Maii.
Josephus Herringen pastor Kempensis .	1755	24. Jul.
Marcus Etscheidt Bonnens. novitius . .	1755	31. Aug.
Stephanus Jansen sac. et mon. . . . .	1756	29. Febr.
Aegidius de Hessele sacrista . . . . .	1756	7. Aug.
Damianus Zerres sacellanus in Hardt .	1757	2. Maii.
Andreas Phlippsen sac. et mon. . . . .	1757	19. Oct.
Vitus Kannengieser sac. et mon. . . . .	1759	19. Jun.
Thomas Lenaiff sacellanus Kempensis .	1760	20. Apr.
Matthias Müller diaconus . . . . .	1760	26. Apr.
Clemens Harnischmacher past. ad st. Anton.	1762	28. Nov.
Bernardus Könen sacellanus Dulkensis .	1763	28. Febr.
Carolus Peltzer sac. et mon. . . . .	1764	13. Jan.
Sebastianus Berchem pastor in Weiler	1766	30. Apr.
Laurentius Schröders pastor in Oedt .	1767	8. Febr.
Hieronymus Meyer, primus prior in Ro- landswerth . . . . .	1767	25. Febr.
Lucas Menghius pastor Gladbacensis .	1769	30. Jun.
Benedictus Lahaye, pastor Dulkensis et decanus . . . . .	1770	19. Jan.
Wolphelmus Knoblauch sacell. Kempens.	1770	19. Jan.
Maurus Specht pastor Kempensis . . .	1770	4. Maii.
Servatius Vorst prior in Königsdorf . .	1771	21. Mart.
Augustinus Lenaiff prior Kempensis .	1771	13. Apr.
Michael Hoster cell. Cornelimunsterensis	1771	8. Sept.
Leander Scheerer cellerarius in Bocholtz	1771	26. Sept.
Antonius Titzen conversus . . . . .	1771	6. Nov.



aVoLante speCht CorVV's Intrat nIDUM,  
siquidem:

**D. Lambertus Raves,**

patria Dulkensis, vir secundum cor Dei, Deo et hominibus gratus et amicus. Hic ex pastore ad st. Antonium, oppidum celeberrimum, anno 1772, 3. Augusti electus, praesidente electioni Aemiliano Behren, abbate Tuitiensi, confirmatus, et 25. Octobris a rev. et eximio dom. Carolo Aloysio, comite de Königegg-Aulendorff, episcopo Myrinensi, suffraganeo Coloniensi, assistentibus abbatibus Aemiliano Behren Tuitiensi et Amando Herriger Brauweilerensi, in nostra ecclesia intra Gladbacum benedictus, abbas XLV., in reformatione XV., obiit 1799, 24. Junii, in senectute bona, dierum meritorumque locuples, aetatis 86., professionis 66., sacerdotii 63., regiminis abbatialis 27., sepultus ante aram st. Stephani. Quamquam venerabilis hic senex quasi ultimus abbas extitit, nondum tamen vidit desolationem in loco sancto, sed cum iusto Simeon dicere poterat: „Nunc dimittis servum tuum.“ Sub huius regimine professi:

	anno	monse	aetatis
Ambrosius Thonett ex Udesheim . . .	1772	30. Nov.	20
Servatius Mosches Kempensis . . .	1774	30. Nov.	22
Lambertus Wartberg Dusselanus . . .	1774	30. Nov.	18
Cornelius Kirchrath Bonnensis . . .	1774	30. Nov.	22
Antonius Schrick Bonnensis . . . .	1774	30. Nov.	20
Nicolaus Heyer Hardtensis . . . .	1774	30. Nov.	22
Martinus Albertz Sittardensis . . . .	1774	30. Nov.	22
Michael Rosier Bonnensis . . . .	1777	18. Dec.	22
Hieronymus Langen Dulkensis . . . .	1777	18. Dec.	22
Augustinus Raves Dulkensis . . . .	1777	18. Dec.	18
Aegidius Savels Aquensis . . . .	1778	30. Nov.	22
Martinus Krosch ex Vetweis . . . .	1780	21. Dec.	23
Henricus Messat Confluentinus . . . .	1780	21. Dec.	22
Matthias Engels ex Wisdorf . . . .	1780	21. Dec.	21

	anno	mense	aetatis
Carolus Wirtz ex Niederembt . . .	1781	13. Nov.	20
Godefridus Berger ex Boisheim . . .	1782	13. Nov.	22
Petrus Kölges Gladbacensis . . . .	1782	13. Nov.	22
Christianus Hover Kempensis . . . .	1783	13. Oct.	22
Goswinus Baumges Dulkensis . . . .	1783	13. Oct.	21
Ludovicus Hansen Gladbacensis . . .	1783	13. Oct.	22
Antonius Reichelstein ex Siegen . . .	1783	13. Oct.	20
Antonius Pütz ex Oberausen . . . .	1791	13. Maii.	22
Henricus Praest ex Sonsbeck . . . .	1791	13. Maii.	23
Lambertus Willems Dusselanus . . .	1791	13. Maii.	18
Adam Heusgen ex Büttgen . . . .	1794	24. Jun.	21
Joannes Mommen de st. Anton . . . .	1794	24. Jun.	20

Defuncti :

	anno	mense
Martinus Mühlen pastor in Weiler . . .	1772	23. Oct.
Fridericus Blum pastor in Oedt . . . .	1772	14. Dec.
Emmanuel von Dalen pastor in Vorst .	1777	2. Dec.
Martinus Albertz diaconus . . . . .	1778	7. Jan.
Matthias Engels prior conventual. . . .	1778	9. Oct.
Henricus Birkenbusch pastor ad st. Anton	1779	4. Maii.
Theodorus Brandts sac. et mon. . . . .	1779	21. Apr.
Sandrardus Preisser sac. et organista .	1780	23. Jan.
Beda Aegidi pastor in Hardt . . . . .	1780	6. Febr.
Ignatius Kölges past. Dulkens. et decan.	1780	4. Jul.
Matthias Witthoff sacellanus Kempensis	1781	26. Nov.
Gerardus Sigers sacellanus in Königsdorf	1781	19. Dec.
Dominicus Menghius prior in Neuwerk	1788	17. Aug.
Remigius Rüttges sacellanus Gladbacensis	1788	20. Oct.
Joannes Schnabels quond. prior in Neuwerk	1789	12. Jun.
Gero Heuster prior in Rolandswerth .	1789	27. Dec.
Philippus Wedershoven sac. in Königsdorf	1790	31. Dec.
Bruno Wietz sac. et mon. . . . .	1792	22. Maii.
Paulus Maus pastor Kempensis . . . .	1793	6. Jun.

	anno	mense
Benedictus Koch sacellanus Kempensis	1792	9. Oct.
Isidor Pütz sacellanus Dulkensis . . .	1794	3. Maii.
Anselmus Nolten pastor Kempensis . .	1795	15. Mart.
Ambrosius Thonett sacellanus Dulkensis	1796	2. Jul.
Antonius Schrick sacrista . . . . .	1796	9. Aug.
Josephus Boosfeld pastor in Hardt . .	1796	29. Dec.
Gregorius Menghius pastor in Vorst . .	1797	22. Jan.
Laurentius Hale pastor ad st. Anton . .	1797	5. Nov.
Michael Rosier cellerarius . . . . .	1798	26. Apr.
Jacobus Reuter prior Kempensis . . .	1798	17. Oct.
Ferdinandus Golzheim prior in Rolands- werth . . . . .	1799	5. Mart.
Edmundus Schmitz prior in Neuwerk . .	1799	17. Apr.

Anno 1802, 23. Junii a regimine gallico, has provincias iure belli dominante, decreta fuit huius et omnium monasteriorum, titulorum et foundationum cuiuscunque ordinis, generalis suppressio, cum ab annis antecedentibus, omnibus ordinibus a regiminis commissario Stadler, Moguntiae residente, inhibitum erat novitios admittere. Postquam nostrum monasterium Gladbach, sub invocatione sancti Viti m., sub regula sancti patris nostri Benedicti a prima fundatione steterat 1007 annis, omnis consummationis vidit finem, et sic praenominati religiosi monasterium inhabitantes, 2. Octobris 1802, patriam domum relinquere per commissarium Fassier, advocatum Aquensem, coacti sunt: 19. Octobris eiusdem anni luctuosissima dies erat, qua ab invicem separati et in omnem terram dispersi, ut in diebus babilonicae confusionis, — et utinam Spiritus Domini in illa die congregaret electos suos in unum. — Cum vero generalis illa destructio nullatenus provideri poterat, sic praedicti religiosi post obitum amantissimi sui patris dom. Lamberti Raves ad conservandam regularem observantiam elegerunt canonice.

### D. Maurum Ahn,

ex Bardenberg, (verum Israelitam, in quo dolus non erat) in ultimum abbatem, in ordine XLVI., in reformatione XVI. Maurus Ahn anno 1799, 1. Julii ex zeloso pastore in Hardt electus, (cum per plures annos antecedentes in nativo monasterio officium magistri novitiorum et prioris claustralis laudabiliter gesserit et ideo nominabatur amator fratrum suorum) praesidente electioni Hermanno Josepho Braun, abbate s. Pantaleonis, confirmatus 3. Augusti, et 4. eiusdem Coloniae a reverendissimo domino Clemente Augusto de Merle, episcopo Bethsadiensi, suffraganeo Coloniensi, benedictus, assistentibus abbatibus H. J. Braun s. Pantaleonis et Melchiore Siberti, s. Martini maioris intra Coloniam.

Ultimus hic abbas noster novellos nullos admisit, nec admittere potuit ob praefatum decretum gallici regiminis, — tam ante quam post suppressionem sequentes in ordine sub eius regimine sunt defuncti:

	anno	messe
Carolus Wietz sacellanus in Vorst . . .	1800	2. Jan.
Gallus Hoster prior in Königsdorf . . .	1800	13. Jul.
Clemens Mertzbach prior in Rolandswerth	1800	1. Aug.
Odo Kalker cellerarius in Bocholtz . . .	1801	9. Mart.
Dionysius Deters sacellanus in Oedt . . .	1801	29. Febr.
Petrus Schmoll prior in Neuwerk . . .	1801	9. Mart.
Coelestinus Bergmann past. Gladbacens.	1801	25. Nov.

Post suppressionem defuncti:

	anno	messe
Henricus Messat sacellanus Gladbacensis	1802	?
Ludovicus Hansen sacellanus Kempensis	1803	23. Maii.
Aegidius Savels primar. vic. ad st. Foilan.	1804	15. Jun.
Willibaldus Schäfer obiit Breisig . . .	1804	3. Jul.
Franciscus Brandts quond. pastor Udanus	1805	26. Aug.
Albertus Kruchen pastor in Hardt . . .	1806	15. Mart.
Andreas Wackers pastor in Harckenbusch	1806	? Febr.
Bernardus Konzen pastor Kempensis . . .	1811	7. Jun.

	anno	mense
Vitus Bungs pastor Dulkensis . . . .	1812	6. Jan.
Servatius Morsches pastor in Vorst . .	1814	22. Jan.
Amandus Schiefer quond. prior in Kempen.	1814	10. Sept.
Hieronymus Langen quond. cellerarius	1816	11. Febr.
Placidus de Stockmans obiit in Caster .	1816	19. Sept.
Athanasius Beys pastor in st. Tönis .	1817	5. Maii.
Augustinus Raves pastor in Leuterscheid	1819	12. Dec.
Leo Custodis pastor castrensis Dusseldorpii	1820	? Febr.
Henricus Praest vicar. in Wennenkend	1820	22. Mart.

---

## Specificatio s. s. reliquiarum

in monasterio s. Viti martyris in Gladbach

**ordinis s. Benedicti,**

*in thecis signatis Lit. A, B, C, D, E, F, G, H et I asservatarum.*

---

**Lit. A.** In theca signata Lit. A. in superiori parte: De veste purpurea, de spongia Domini, de lancea Domini vel potius de manubrio, medietas aleae missae super vestem Domini. In inferiori parte: magna pars mensalis Domini in quo cum discipulis coenavit, de lapide super quo Christus Dominus iacuit in horto, particulae quaedam de s. cruce, de sepulcro Domini, de columna ad quam fuit flagellatus Christus Dominus, de veste Domini, de veste B. M. V., de velamine eiusdem, de veste s. Joannis Evang., de tunica s. Petri apostoli, de sepulcro s. Catharinae virg.

**Lit. B.** In theca signata Lit. B. in superiori parte: de s. Petro apostolo, de cruce et baculo eiusdem, item dens

eius in thecula argentea deaurata, de s. Paulo apostolo, de capite s. Bartholomaei et duae particulae notabiles eiusdem, de veste eius ferrea, de s. Timotheo, de veste s. Joannis Ev. In media parte: de ligno crucis s. Andreae in cruce deaurata, diversa ossa de eodem, item de brachio s. Andreae. Os de s. Barnaba et digito eius. Ossiculum de s. Matthia apostolo et dens eiusdem, de s. Thoma ap., de s. Jacobo maiore, item de s. Jacobo duae particulae, de s. Matthaeo Ev., de ss. Simone et Juda apostolis. In inferiori parte: pars virgae Moysis, item de virga Aaronis et parvae particulae de arca Noë.

**Lit. C.** In theca signata **Lit. C.** in superiori parte: diversa ossa de s. Stephano protomartyre et lapide, quo lapidatus fuit. In parte media: de s. Lamberto, de s. Stephano P. et m., de s. Fabiano P. m., de s. Clemente P. m., de s. Feliciano P. m., de s. Marcello P. m., quatuor ossa de s. Ignatio m., sex ossa de ss. Cornelio et Cypriano, de s. Ewaldo m. nigro, de ss. Ewaldis presbyteris, de s. Apollinari m., de s. Blasio ep., de s. Sixto P. m., de s. Felice P. m., de s. Valentino m., et de s. Paneratio m. In inferiori parte: digitus s. Nicolai, digitus et dens s. Agnetis, digitus s. Edmundi abb.

**Lit. D.** In theca signata **Lit. D.** in superiori parte: de sudario Domini, de vestimentis Domini particulae duae, de ligno s. Crucis, de veste, qua illusus ab Herode, de manna. In inferiori parte: de panno B. M. V., item duae particulae de vestimentis B. M. V., de peplo B. M. V., de vestimentis s. Joannis Ev.

**Lit. E.** In theca signata **Lit. E.** in superiori parte: de s. Quirino m., de s. Victore m., particulae quaedam de s. Sebastiano, de s. Victorino m., duae particulae de s. Gangolpho m., de s. Christophoro m., de s. Kiliano m. duae particulae. In parte inferiori: costa s. Justini pueri et m., de s. Erasmo m., de s. Hippolyto m., de s. Tiburtio m., de s. Siwaldo Levita, de s. Gregorio puero, de s. Mauritio m. tria ossa, de s. Pan-

taleone m. duo ossa, de s. Anastasio m., de s. Albino m. de Albano m., de brachio s. Georgii m., diversa ossa de eodem, item magna pars vexilli s. Georgii, cui additum sigillum approbationis, de Cyriaco m., de brachio s. Maurini m., de s. Patroclo, item dens eiusdem, de s. Piaco, de ss. Joanne et Paulo, de ss. Cosma et Damiano, de ss. Vitale et Miliano, duo ossa de s. Mercurio m.

Lit. F. In theca signata Lit. F. in superiori parte: de s. Maximino archiep., de s. Wilibrordo, de s. Briccio ep., de s. Lendelino conf., de s. Annone ep., de s. Donato ep., de s. Nicasio ep., de s. Huberto ep., de s. Pirano. In parte inferiori: de s. Briccio ep., de s. Aegidio abb., de s. Mansueto ep., de s. Ansberto ep., de s. Leone papa et conf., de costa s. Michberti abb., de s. Wicperto conf., de s. Severino ep., de s. Celso conf., de s. Martino. Quatuor ossa de s. Udalrico et de lingua eius duae particulae, de s. Valerio ep., de s. Wandregesilo abb., de s. Eucherio ep., de s. Alexio conf., de s. Chrysostomo conf., de s. Lendelino, de s. Oswaldo, duo ossa de ss. Druthmaro et Ludolpho, de s. Materno ep.

Lit. G. In theca signata Lit. G. in superiori parte: de s. Agnete v. m., de s. Caecilia v. m., de s. Lucia v. m., quatuor particulae de s. Barbara v. m., de s. Dorothea, de s. Agatha v. m., et de velamine eius. In inferiori parte: de s. Apollonia v. m., de costa s. Ursulae et duae dentes s. Ursulae, tria ossa de s. Catharina v. m., de s. Juliana v. m., de s. Ape v. m., de s. Aquila v. m., de s. Columba v. m., de s. Aphra, de s. Consentia v. m., de s. Anastasia v. m., de s. Prisca v. m., de s. Benigna v. m., de s. Spinosa v. m., de s. Regina v. m., de s. Helena v. m., de s. Margaretha, de s. Christina, de s. Aethereo sponso s. Ursulae, de s. Virminia.

Lit. H. In theca signata Lit. H. omnia ossa tam in superiori, quam inferiori parte sunt de s. Balbina filia s. Quirini, item cochlear s. Balbinae.

Lit. I. In theca signata Lit. I. in superiori parte in vitro est cingulum s. Catharinae. In inferiori parte: de s. Miltrude, de s. Verena regina, de s. Brigida, de s. Modesta, de s. Priscilla, de s. Maria Aegyptiaca, de s. Clodesilde, de s. Elisabeth et Purasia V. m., de s. Walburga, de s. Severa, de s. Beatrice, de s. Gertrude, de s. Sigelinda, de s. Speciosa, de s. Pruina, de s. Theodula, de s. Praxede, de monte in quo Christus Dominus orevit.

Quinque monstrantiae:

- in I. continentur multae particulae de scypho Domini,
- in II. continetur scutella Domini,
- in III. argentea deaurata continetur sanguis, qui ex arido osse s. Viti m. profluxit,
- in IV. argentea continentur ossa de ss. martyribus Vito et Laurentio.
- in V. continentur ossa de s. Anna et s. Servatio ep. Tungrensi.

Sunt adhuc duae monstrantiae ex ligno, in quarum una continentur reliquiae sequentes, videlicet: os de uno ex tribus regibus, dens s. Nicolai in crystallo, de corpore s. Benedicti et dens eiusdem, de s. Servatio et casula eiusdem, de s. Joanne Bapt., de sudore sanguineo Christi D. N. in horto. In altera continentur: ossa de s. Martino ep., de s. Anna matre B. M. V., de s. Martha, de ossibus et erinibus s. Mariae Aegyptiacae, de praesepe Domini, de ss. Innocentibus.

Sex brachia in thecis argenteis inclusa videlicet:

- brachium s. Andreae Apostoli,
- ” s. Stephani protomartyris,
- ” s. Viti m. et patroni huius monasterii et patriae (NB. est pars magna brachii.)
- ” s. Stephani Papae m.
- ” s. Benedicti abb., patriarchae monachorum.
- ” s. Wolphelmi, septimi h. l. abbatis.



Quatuor capita :

caput s. Viti m. et patroni Gladbacensis (NB. est cranium et frons.)

„ s. Laurentii levitae et m.

„ s. Christinae v. m.

„ s. Alberici, monachi Gladbacensis.

Crux argentea, in qua continentur: particula de cruce Domini N. Jesu Christi, de panno, quo Christus lavit pedes discipulorum, de sudario Domini, de corona spinea Domini, de columna Domini, de praesepio et sepulero Domini, cum qua cruce datur benedictio et sic finitur ostensio reliquiarum.

Practerea asservantur duae pretiosae pyramides multo argento circumornatae, in quibus habentur reliquiae sequentes, videlicet: pars anterior brachii s. Cunonis seu Conradi archiep. Trevirensis et m., os magnum de s. Sandrardo primo abbate huius monasterii in secunda fundatione. Item brachium s. Aetherci sponsi s. Ursulae, de capite s. Alberici monachi huius loci.

Item in rubro serico: de societate s. Ursulae nominanter sequentes particulae: de s. Pruina v. m., de s. Formosa v. m., de s. Sophia v. m., de s. Glismunda v. m., de s. Catharina v. m., de s. Osilia v. m., de s. Thena v. m., de s. Pinosa v. m., de s. Podesta v. m., de s. Agatha v. m., de s. Petronella v. m., de s. Clavia v. m., de s. Manella v. m., de s. Regina v. m., de s. Dilecta v. m., de s. Plagia v. m., de s. Odilia v. m., de s. Anastasia v. m., de s. Eugenia v. m., de s. Elisabetha v. m., de s. Pesima v. m., de s. Rosa v. m., de s. Isitride v. m., de s. Alexandro mart., magistro navium s. Ursulae.

Item in flavo serico continentur: octo maiora ossa de societate s. Gereonis et quatuor particulae de s. Januario et sociis.

Demum asservantur adhuc in hoc monasterio capita et ossa plurima sanctorum et sanctarum, thecis ligneis honorifice inclusa, quorum nomina diuturnitate et iniuria temporis interierunt.

Quiescit etiam in hac ecclesia corpus s. Alberici h. l. monachi, de quo haec in crypta huius monasterii antiquissima extitere carmina:

„Armiger Albertus, qui vir virtute refertus“

(v. pag. 30.)

Haec accurata specificatio ss. reliquiarum facta est anno 1717, 17. Novembris, per abbatem Petrum Knor, qui et magnam earum partem decentius ornari fecit.

### Sequentes versus

inscripti reperiuntur sarcophago seu cistae antiquissimae, quae adhuc dum asservatur, circumductae et ornatae cupro affabre elaborato; continentur in ea reliquiae sanctorum innominatae.

Flaminis . ignito . divini . lumine . Vito .  
Fertur . et . illeso . custodia . celica . ceso .  
Redditur . insano . manus . arida . Valeriano .  
Et . patris . orbati . lumen . visu . prece . nati .  
Postquam . mundatum . regi . dat . daemone . natum .  
Huic . ades . obstruso . salvator . carcere . truso .  
Plurima . transactus . patiens . tormenta . profani .  
Prosilit . e . clibani . flamma . nec . corpore . tactus .  
Ad . quem . tendebat . prope . te . tum . Christe . sedebat .  
Eripit . amentem . subita . de . morte . timentem .  
Incumbit . precibus . dum . tendit . ad . aethera . Vitus .  
Ad . quem . vox . Christi . fit . sint . rata . quaeque . petisti .  
Distrait . en . vasta . puerilia . membra . catasta .  
Corpora . tortorum . sternit . fulmen . miserorum .  
Virtus . cunctarum . pecudum . natura . ferarum .  
Frendens . mansuescit . ubi . trux . homo . parcere . nescit .



# SERIES

abbatum in Gladbach et fratrum sub iis professorum,  
priorum, advocatorum, praetorum, scabinorum abbatiae,  
pastorum Gladebachensium, Hardtensium, Udanorum,  
Weilerensium, Duellensium, Kempensium, Vorstensium,  
sanct. Antoniacensium, praepositorum Bocholtanorum,  
magistrarum in Neuwerk, necnon satraparum, iudicum et  
scribarum,

quam ex antiquis documentis collegit

F. Cornelius Kirchrath,

*prior Gladbacensis.*

---

1798.

---



Kornelius Kirchrath, der Verfasser der nachfolgenden Schrift, sowie der derselben beigelegten „Notamina“, war zu Bonn geboren, legte im Jahre 1774 Profeß ab, wurde Prior des Klosters und 1801 Pfarrer zu Gladbach, als welcher er 1824, im Alter von 72 Jahren, starb.

Das Original-Manuskript, bisher nicht gedruckt, befindet sich im Pfarrarchiv zu Gladbach.

In dem vorliegenden Abdruck sind die Namen der Ordensbrüder weggelassen, weil sie sich bereits in der Knor'schen Schrift finden. Einzelne, der Vervollständigung wegen eingeschobene Zusätze sind durch Klammern als solche bezeichnet.

---

**A**bbatiale monasterium Gladbach in finibus Molensium a Balderico, franco comite, et Hitta eius uxore, anno Christi DCCXCV fundatum, sufficientissimis redditibus ditatum, a divo Leone III. P. m. consecratum, ss. Viti, Cornelii, Cypriani, Chrysanthi et Barbarae reliquiis celebratum, Hunnorum bellis anno 954 devastatum, pietate D. Geronis archiepiscopi Coloniensis anno 972 restauratum et in honorem sancti Spiritus, B. Mariae V., ss. Viti, Cornelii, Cypriani, Chrysanthi, Barbarae dicatum.

---

### Fragmenta.

Valle sub umbrosa rapido fluit unda meatu  
A qua Gladbachium patria nomen habet.  
Inculta haec quondam sylvis atque invia terra  
Jam nunc ecclesiae gloria ubique viget.  
Baldrico comiti visa est satis inelyta sedes,  
A quo reliquiis est celebrata sacris.  
Hic colitur Vitus, Cyprianus Corneliusque  
Barbara, Chrysanthus innumerique pii.  
Incola tutatur, firmant miracula famam,  
Discedant omnes, qui dubitare volunt.  
Dum nongentenus sexaques duodenus  
Annus erat, Christe, tibi fundatur locus iste,  
Quem Gero quippe fundavit, praesul Agrippae,  
Vir sanctus tantus, quod adhuc in corpore cantus  
Spirituum modulos audivit coelicolarum,  
Monstrantum oculos et nomina reliquiarum.

Quiescit in crypta huius ecclesiae corpus sancti Adelberti, quem alii Albertum, Albericum alii vocant, de quo circa sepulcrum antiquitus haec extabant carmina:

„Armiger Albertus“ (v. pag. 30.)

Nomina abbatum et fratrum in priori fundatione incognita, soli Deo nota.

In posteriori fundatione:

### I. **Sanctus Sandradus.** <sup>1)</sup>

Professus monasterii sancti Maximi prope Treviros, a Gerone archiepiscopo Coloniensi constitutus primus huius monasterii abbas. Quantas hic abbas molestias quantasque persecutiones a Warino, Geronis successore, indigne ferente hocce monasterium extra suam dioecesin in dioecesi Leodiensi fundatum, pertulerit, liquet ex historia fundationis. Obiit hic piissimus abbas anno 986, 3 Kalend. Julii

### II. **Volradus.**

Hunc Evergerus, archiepiscopus Coloniensis, eadem qua suus praedecessor indignatione ductus, cum suis monachis propria abbacia eiciens ad monasterium sancti Martini Coloniae relegavit, distributis militibus praediis. Restitutus tandem abbas, sed amissis plurimis bonis, quae archiepiscopus morte interveniente restituere haud valuit. Floruit hic abbas circa annum 989. Depositionis dies colitur 6 Kalend. Maii. Circa huius abbatis tempora, sub Evergero archiepiscopo Coloniensi parochiae Venlonensis, Tegelen et Lubbroch dioecesis Coloniensis, permutatae fuerunt erga parochias Gladebach et Reida dioecesis Leodiensis, exinde hae subiectae dioecesi Coloniensi, illae Leodiensi.

<sup>1)</sup> Sandradus scheint die richtige Schreibweise. Nur bei dem Abte Ruor findet sich durchgängig Sandradus.

### III. **Obertus.**

Vixit circa annum 1000. Eius anniversaria memoria colitur 4 Non. Julii. Anno 1006 postulatus est in abbatem Weringerus huius monasterii professus cum 12 fratribus ab Ansfrido Teysterbandiae, Bratispantium et Hoyen domino de Altena, ut praecisset monasterio a se noviter fundato in loco dicto Hohorst prope Amersford.

### IV. **Volbertus.** <sup>1)</sup>

Fuit familiarissimus Heriberto archiepiscopo et electori Coloniensi primo, primus abbas in Tuitio et quartus ad s. Pantaleonem. Vivere desiit anno 1021, 18. Kalend. Maii.

### V. **Arabo.**

Floruit circa annum 1024. Eius depositionis memoria agitur 6 Non. Julii.

### VI. **Henricus,**

(Hemericus vel Heimericus).

Sicconis comitis filius, avunculus sequentis abbatis, auctor historiae de fundatione huius monasterii. Obiit in monasterio sancti Pantaleonis, cuius et abbas fuit anno 1066, 6. Kalend. Sept. Extant adhuc biblia latina sub hoc abbate in membrana duobus tomis amplissima forma conscripta, in quorum capite hi versus scripti sunt aureis literis: „Abbas Henricus“ etc. (v. pag. 39.)

### VII. **Sanctus Wolphelmus.**

Ex ripuariis comitibus de Neil progenitus, canonicus summi templi, exposit monachus ad sanctum Maximinum Treviris, inde

<sup>1)</sup> Volbertus (Fulbertus) liegt in Deutz begraben, nach der Mittheilung des Aeditus Tuitiensis Theolricus: „Fulbertus abbas primus per sanctum Heribertum institutus, vir sanctus, in capella s. Joannis baptistae sepultus quiescit.“ S. Annalen des hist. Vereins, 13. und 14. Heft, S. 97.

ab avunculo suo, abbate ad sanctum Pantaleonem, huic monasterio praefectus, postea ab Annone archiepiscopo Coloniensi, primum Siegburgensi ac demum Brauweilerensi monasterio, in ordine tertius praelatus, ubi et supremum diem clausit anno 1091, 10 Kalend. Maii.

### VIII. **Meginhardus.**

Vixit circa annum 1090. Eius depositionis dies agitur 6 Non. Julii. Hic quadragenos solidos sumptos ex pecunia, quae singulis annis in hac villa Gladbach in festo purificationis Mariae persolvitur, cuidam Wernero pro beneficio constituit.

Anno 1085 Seguevinus archiepiscopus Coloniensis, donavit sancto Vito et fratribus in Gladbach decimationem omnium novalium infra Campaniensis ecclesiae terminum.

Circa huius abbatis tempora translatae fuerunt moniales ex hoc monasterio ad cellam abbatialem in Cranendonk, modo Neuwerk. Fertur mansionem habuisse prope maiorem ecclesiae turrim, ubi nunc extat gymnasium.

### IX. **Adelbero.**

Obiit pridie Idus Aprilis. Hic anno 1110 comparavit pro decem marchis a Ruhone possessiones, domum scilicet cum suis appenditiis, orto, vineae torculari, curte et 6 partibus vinearum in montanis, in villa Celtank vel Zeltingen, quas fratribus et filiis suis pro suo anniversario donavit. Ulterius ab eodem Ruhone acquisivit pro 4 marchis medium ortum vineae, qui appendit domui eiusdem viri, quemque pro anniversario fratris Christiani, cuius opera et consilio per omnia usus fuerat, fratribus constituit.

### X. **Christianus.**

Cuius memoria colitur 8 Kal. Februarii Hic anno 1116 comparavit a praedicto Ruhone duas adhuc partes vinearum in



Celtank, quarum reditus in die depositionis suae disposuit distribuendos pro inopia monasterii, refectioe fratrum et pauperum. Redemit quoque monasterio pro 17 marchis 40 solidos, quos praedecessor suus alienaverat et ex iis singulis annis fratribus 24 solidos dari constituit, ordinans ut in divisione Apostolorum, in commemoratione Magdalenae, et in perenni memoria suae et Geronis fundatoris depositionis, haec pecunia divisione partita singulatim in ministerio corporalis alimoniae fratrum et pauperum deputetur. Insuper tradidit fratribus suis in commemoratione sanctorum Viti, Cornelii, Cypriani etc., et in dedicatione duarum capellarum ad Apostolos et Mariae Magdalenae 4 solidos et 6 denarios. Insuper acquisivit 24 iugera vinearum in Rasteken <sup>1)</sup>, et 2 marchas a Theodorico, dimidiam a Bertulpho et ecclesiae restituit.

### XI. **Walterus.**

Vixit circa 1130, obiit 15 Kal. Decembris.

Formula professionis fratrum: † Ego frater Folcardus sacerdos promitto stabilitatem meam et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti abbatis coram Domino et sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum in honore sancti Spiritus et gloriosae Dei genitricis sanctique Viti martyris, in praesentia domini Walteri abbatis.

Hic anno 1135 consensu fratrum donavit fratribus in coenobio Wilrensi <sup>2)</sup> Deo famulantibus, omnes reditus Wilrensis loci, exceptis vineis et agricultura antiquioris curtis; et sororibus in novo B. M. V. oratorio <sup>3)</sup> de villicatione Rachesleiden <sup>4)</sup>,

<sup>1)</sup> Rastig bei Zettingen.

<sup>2)</sup> Kloster in Weiler im Broththale, Bockholtz genannt.

<sup>3)</sup> Kloster Renwert.

<sup>4)</sup> Rasselu in der Gemeinde Hardt.

decimam Herde <sup>1)</sup>, Piperlo <sup>2)</sup>, Mackenstein <sup>3)</sup>, et decimam Adelhardi advocati.

## XII. Everwinus,

sive Hebroinus, Geroinus, Lewinus.

Abbatiale munus obiit anno circiter 1150, vitae finem imposuit 17 Kal. Augusti.

## XIII. Rubertus.

Abbatiam moderatus tempore Philippi archiepiscopi Coloniensis, diem ultimum clausit anno 1183 Nonas Februarii.

Hic anno 1163 fratres suos in Bocholtz a vexatione advocatorum liberavit, omnes mansos in villa Weiler, de quibus advocatus Conradus ius advocacionis exigebat, redemit solutis ipsi 15 marchis et uxori et fratri dimidia marcha.

[Anno 1168 declarat abbas, praedium quoddam in Lutzenrode venundatum esse sororibus de novo oratorio B. M. V.]

Anno 1170 beneficium Henrici advocati de Kempena, quod habuit apud Hude <sup>4)</sup> in ecclesia nostra, 3 scilicet solidos cum omnibus supererescentiis ab eodem et filio seniore in vadium suscepit illudque fratribus ad caritatem constituit, ut octavis Paschae in cappis celebrarent et anniversarium Gepae abbatissae servarent.

Eodem anno Geldolphus de Niderhoven beneficium, quod habuit apud Rachesleiden vendidit abbati pro 18 marchis, et 18 iugera agri, unde 3 solidos curti annue persolvebat, illudque abbas fratribus et ecclesiae assignavit.

Anno 1172 idem abbas cum fratribus comparavit allodium Rachesleiden, quod dicitur ad fossam <sup>5)</sup>, ab Alardo de Thuschen-

1) Hardt.

2) Pimperstoch bei Hardt, oder Papefer Hof bei Waldniel.

3) Eine Dorfschaft bei Dütten.

4) Dedt.

5) Noch der Röhlenhof genannt.

broch 1) et Geldolpho patruo eius de Breidenrothe et haeredibus eorum pro 27 marchis. Hanc emtionem confirmavit Henricus dux de Leinburch et ius suum feudale, quod habuit in dicto praedio remisit. Huius remissionis instrumentum dominus comes de Molbach una cum chirotheca ducis et ramo viride super altare maius sancti Viti obtulit, praesentibus ipso duce, Philippo archiepiscopo Coloniensi, Henrico comite de Kessel, domino de Milendonk et ceteris quam plurimis nobilibus.

#### XIV. **Walterus II.**

Electus anno 1183, obiit nonis Julii.

Hic primo ordinationis suae anno comparavit molendinum inferius, quod iuxta vineam situm est, (Vitges Mühl), totumque emolumentum eiusdem, excepta praebenda sutoris et procuratoris maioris curtis, in usus fratrum contradidit, ita ut in suo anniversario 8 solidi darentur ad refectionem fratrum, 3 solidi et 6 denarii ad refectionem pauperum, 6 denarii ad luminaria in anniversario Philippi archiepiscopi Coloniensis, 3 solidi in anniversario Everwini abbatis, 2 solidi in anniversario Adolphi abbatis Wertinensis, 2 solidi in anniversario Wolfram abbatis Wertinensis. Et quidquid emolumenti superfuerit, constituit ad augmentum panis fratrum, ut omnibus dominicis et Apostolorum festiuitatibus habeant singuli singulos cuncos, quales emuntur 4 denariis.

#### XV. **Gerardus.**

Vixit circa 1203.

Hic anno 1205 una cum Friderico priore, Rudolpho custode, Hermanno camerario, Alardo capellano concessit incolis villae Haene 2), propter diversa huic monasterio praestita servitia, et

1) Tüschbroich bei Wegberg.

2) Hefu.

eorum liberis, haeredibus et successoribus, facultatem resecan-  
di in nemore ad abbatiam pertinente, quod dicitur Cammervorst,  
ligna combustibilia non meliora, sed mediocera, item ligna ad  
aedificandum cum necessitas incubuerit et resecan-  
di mericam infra terminos dicti nemoris; et ut maiori gratia dictos incolas  
afficeret, ipsos quitos et liberos dimisit, proclamatis iisdem so-  
lutis ab omni onere et servitute eligendi et faciendi decimum  
et scabinos inter ipsos aut aliquem eorumdem.

### XVI. **Hermannus,** seu Heimericus.

Anno 1210 lecto aegritudinis prostratus, convocatis fratri-  
bus scilicet Andrea priore, Henrico decano et plebano, Henrico  
cantore, Gerardo camerario, Wilhelmo custode, Alardo cellerario,  
Wilhelmo villico, Godescalco Snuco in testimonium, testamen-  
tum, ut decuit, condidit, et tria molendina <sup>1)</sup>, quae ex rediti-  
bus abbatae, ab institutione veterum ad usus proprios deser-  
vientibus, comparaverat, pro abolitione suorum excessuum  
fratribus tradidit perpetuo possidenda.

### XVII. **Gerardus.**

Praefuit anno 1231.

Hic anno 1231 donationem molendini a Waltero, et trium  
molendinorum ab Hermanno factam, ratam habuit haecque  
quatuor molendina favore conventus administranda suscepit ea  
conditione, ut ad dies vitae de proventibus eorum ad pondus  
unius librae et 5 denariorum panem cuiusque fratris quotidie  
augeret residuumque suo cederet usui, post mortem vero suam  
nullus successorum suorum se in administrationem dictorum

---

<sup>1)</sup> Gemeint sind: Die oberste Mühle (Horns-Mühle) die Fliescher- oder  
Ripshover-Mühle und die Knor-Mühle (Krafs-Mühle.)

molendinorum intrmitteret, sed a priore et conventu administrarentur totumque eorum emolumentum converteretur in usus fratrum pro augmentando pane.

### XVIII. **Hermannus II.**

Eius depositionis dies agitur 12 Kal. Aprilis.

[Anno 1242 concessit Conradus archiepiscopus Coloniensis ad supplicationem abbatis et conventus, ut ecclesia Gladbacensis parochialis, cum vacaverit, ad reparationem aedificiorum et officinarum monasterii nec non in supplementum defectus stipendiorum fratrum, cedat in perpetuum.]

[Eodem anno 1242 Henricus archidiaconus Xantensis consensit, ut ecclesia parochialis monasterio incorporetur.]

[Anno 1243 Hermannus abbas et conventus ecclesiam parochialem Gladbacensem contulerunt Sifrido sacerdoti, nomine pastoris, sub hac forma ut fructus ecclesiae integraliter percipiat et monasterio 12 marcas administret.]

Anno 1243 coram hoc abbate, Henrico priore, et ceteris facta est partitio communionis lignorum Opperdonk <sup>1)</sup> et cuique mansui, tam advocatiae quam hominis sua portio assignata. In quibus literis abbas appellatur „Holzgravius“, per quem excessus iudicandi et puniendi sunt.

Hic quoque decimam in Hillerstraten a quodam praecessorum suorum nobilibus de Brempt, pro 52 marchis nomine pignoris obligatam, redemit ex pecuniis acceptis venditorum bonorum in Lauverinkhausen trans Rhenum sitorum, eamque post mortem suam in usus fratrum converti voluit, ut ex eiusdem fructibus et aliis bonis a se acquisitis singulis annis emanatur vina, loco vinorum in finibus Mosellae venditorum, perenniter propinanda.

Anno 1244 concessit hic abbas quibusdam sororibus, quae

---

<sup>1)</sup> Opperdonk = auf der Dounf bei Neuwert.

ipsius obedientiae se subiecerant, ut commorari possint in villa nostra Ryle <sup>1)</sup> infra Coloniam, quamdiu se religiose gesserint.

[Anno 1245 Innocentius IV. Papa abbati et conventui confirmat ecclesiam de Gladbach nec non terras, possessiones et alia bona, quae iuste et pacifice possident.]

[Anno 1247 Conradus archiepiscopus Coloniensis confirmat ordinationem abbatis et conventus cum plebano]

Idem anno 1247 bona in Lauverinkhausen, quae venderat Luberto militi de Swambure et decimam praenominatam, cum redimere posset, propriis sumptibus parcius utens, de redditibus sibi assignatis a dicto milite reemit absque subsidio ex parte conventus, et camerae huiati restituit.

[Anno 1253 Sifridus plebanus de Gladbach cum abbate et conventu se convenisse declarat, ut pro ipsa pensione 12 marcarum recipiant decimam frugum cum integritate]

### XIX. Joannes ab Eyle.

Qui licet in antiquo syllabo abbatum non numeretur, ipsum tamen huius loci abbatem fuisse fidem faciunt eius literae de anno 1259 super fundatione capellae sancti Bartholomaei in Vorst, pro cuius dote Elisabeth Hunnix, coniux Henrici Hunnix militis, assignavit praedium Hunnix.

### XX. Theodoricus.

Qui res abbatae ab anno 1261 usque 1295 varia administravit fortuna. Administrationem cum vita posuit 11 Kalend. Augusti.

1261. Theodoricus abbas domum Boeholticam, post venditionem bonorum cis Mosellam sitorum, cum omnibus attinentiis conventui pro ministrando vino in perpetuum contulit.

---

<sup>1)</sup> Niehsen-Hof bei Köln.

1261 prior et conventus concesserunt huic abbati quosdam ornatus et libros ecclesiae, quos nomine pignoris pro sua necessitate exposuit, addita promissione, quod eos spatio unius anni ex suis proventibus apud Ude et Kempene redimere vellet.

1266 Sifridus nobilis de Brule <sup>1)</sup> donavit huic abbati et cellulae in Bocholtz fluvium quendam in prato suo in via, qua itur Glense, sub onere perpetui anniversarii pro se et sua familia ibidem fideliter quiescenti.

1269 Ludovicus de Kempenich, sacerdos et monachus, de sui redditibus, quibus parcius usus fuerat, de licentia sui abbatis Theodorici, fundavit in festo annuntiationis, purificationis, assumptionis et nativitatis Mariae ceream candelam de uno talento in crypta ante altare B. M. V. iugiter ardentem, lampadem quoque ante altare sancti Nicolai in crypta sine intermissione die noctuque lucentem.

1270 Theodoricus elocavit Joanni militi de Gunstreve advocato suo, cellam de Bocholtz ad 18 annos annua pensione, scilicet ut quatuor monachis ibidem residentibus ministret suas praebendas scilicet 24 maldra siliginis, 12 marcas, 14 amas vini, 2 amas de meliori ad divinorum indigentiam, ecclesiam de Weiler et oratorium de Bocholtz tam lampade, quam cereis illuminet, pro decimatione ecclesiae de Weiler attinente ministret 6 marcas, finaliter, ut sui fratres officiant ecclesiam de Weiler et ipse Joannes nil iuris in eo habeat.

1273 Henricus dictus chirurgicus et Aleydis coniuges, oppidani Nussienses, ad instantiam huius abbatis in se susceperunt administrationem bonorum apud Ude et Kempene, promittentes, quod velint proventus eorum sedulo colligere, nemini nequidem monasterio inde quid erogare, sed molendina obligata redimere et solvere debita, secundum quod se extendant redditus.

---

<sup>1)</sup> Brohl, Burgbrohl.

1274 Henricus comes de Kessel promisit ad instantiam parochianorum in Gladbach, quod de bonis ad suam advocatiam pertinentibus pro petitionibus suis autumnali et aestivali vellet esse contentus 76<sup>1</sup>/<sub>2</sub> marcis, salvis tamen omnibus iuribus, quae hucusque domino suo patri tam de pullis, quam de avena et de vectigalibus facere consueverunt.

[1275 in die s. Vitalis mart. Albertus magnus, episcopus quondam Ratisbonensis, consecravit altare maius s. Viti mart., nec non altare s. Quirini in sacristia. Documentum consecrationis altaris s. Viti sic habet:

„In nomine patris et filii et spiritus sancti. Consecratum est hoc altare a venerabili patre fratre Alberto episcopo quondam Ratisponensi in honore sancti spiritus et sancti Viti martiris.

Anno Domini M . CC . LXX . quinto. In festo Vitalis martiris.“]

1280 Nicolaus de Niderhoven miles donavit huic monasterio unam marcam singulis annis ministrandam, ut nomen suum et suorum parentum cum plena fraternitate orationum in memoriali registro fraternitatis describeretur.

[1282 Theodoricus, dominus de Morse, declarat Wolterum militem, dictum Wicke, et uxorem eius, curtem in Halen cum attinentiis ab abbate et conventu de Gladebach comparavisse et monasterio Campensi in perpetuo possidendam tradidisse.]

1285 possidebat monasterium annuum censum ex uno manso cum dimidio, scilicet 90 iurnalibus terrae sitis in Westerich, in parochia Keyenberg, ex quibus monasterio solvebantur tot denarii, quot iurnales erant.

[1286 conceduntur indulgentiae omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad structuram honorificam, ad monasterium Gladbacense inceptam, parochialis scilicet ecclesiae, manus aditricas porrexerint.]

1292 Abbates Sigbergensis, Brauweilerensis et sancti Pantaleonis visitarunt hoc monasterium secundum praeceptum ca-



nonum et statutorum Coloniensium litesque hinc inde inter abbatem et conventum circa distributionem facultatum monasterii exortas, composuerunt

1293 Joannes de Syenhals donavit huic monasterio bona, quae ab eo tenebat, insuper omnia sua bona in recompensationem, si progenitores sui vel ipse, alicuius emolumenti illiciti maculam de bonis monasterii habuisset vel haberet.

1294 inter Theodoricum abbatem, conventum huiatem, Conradum de pasculo, Joannem dictum Potkin milites, Leonem de Gülse dapiferum archiepiscopi Coloniensis, scabinos Kempenses et rectores operis ecclesiae, super tectura et aedificio parochialis ecclesiae a turri usque ad chorum foedus initum, ut monasterium annue et in perpetuum solvat duo maldra siliginis, ceterum liberum sit ab onere tecturae et aedificii.

1295 recognovit abbas et conventus se teneri solvere Godefrido de Helsenstein, pastori Wilerensi, dioecesis Trevirensis, pro pensione annua de decima ipsius ecclesiae in Wiler 6 marcas de certissimis redditibus in Gladbach vel in Kempene.

[1297 Fridericus de Medemen, canonicus Coloniensis, curtem in Ryle pro certa summa pensionis ad tempora vitae recipit.]

[1300 conceduntur indulgentiae omnibus iis, qui in certis festivitibus ad ecclesiam parochialem Gladbacensem, — noviter erectam, — devote accesserint.]

## XXI. Wilhelmus.

Vixit anno 1304.

1304 Walramus, comes de Kessel, dominus in Bruckgen, <sup>1)</sup> profitetur, quod telonium in parochia de Gladbach, in proprietate sancti Viti, iniusto modo constituerit et ibidem iniuriose et non rito modo receperit, ob quam causam dictum telonium revocavit, abbatem et conventum deprecans, ut Dei intuitu et

---

<sup>1)</sup> Grevenbroich.

amore Virginis Mariae de omni iniuria et damno condonare velint.

1306 Gerhardus dictus Wertin de Brische et Irmentrudis uxor eius, vendiderunt pro 21 marchis abbati et conventui ad cellam in Boeholtz dimidiam karratam vini, annuatim perpetuo solvendam.

## XXII. Otto de Maclar.

Qui licet in syllabo antiquo abbatum locum non habeat, fas tamen est eum illi tribuere, quia scabini de Kempen in tabulis anno 1309 conscriptis et quatuor sigillis munitis, in quibus debitum aliquod ab hoc monasterio exigunt, hunc Ottonem abbatis titulo afficiunt.

[1310 exorta quaestione et lite super ecclesiam parochialem Gladbacensem inter abbatem et conventum ex una, et Theodoricum de Kolghen clericum ex altera parte, transactum et sententia compromissoria definitive compositum fuit, dicto Theodorico ipsam ecclesiam, utpote monasterio incorporatam, competere non posse, neque aliquid iuris in ea habere.]

## XXIII. Wilhelmus de Helpenstein. <sup>1)</sup>

Qui praefecturam ab anno 1311 usque in 1334 gessit, depositionis eius memoria servatur 14 Kal. Octobris.

Sub hoc abbate comitibus de Kessel sine haeredibus extinctis, ius advocatae ad comites Juliae devenit.

1311 Walterus et Druda, coniuges de Hardt, vendiderunt abbati Wilhelmo et conventui, titulo iuris haereditarii duo maldra siliginis de bonis thei Buitfer in parochia de Hardt sitis.

---

<sup>1)</sup> Die Stammburg der Herren von Helpenstein lag an der Erft, zwischen Neuß und Hülchrath und wurde von Friedrich von Saarwerden, Erzbischof von Köln, geschleift.

1312 Abbas et conventus permutaverunt cum domino Engelberto et Mathilde, comitibus de Marca, suum praedium in Lauverinkhausen, in comitatu Marcae situm, erga eorum aream in Gartzweiler. Hanc permutationem confirmavit dominus Gerhardus comes Juliae.

1312 Abbas et conventus concesserunt Godefredo pastori Kempensi, decano Suchtelensi, ob beneficia erga monasterium exhibita, praesertim quod suam curtem in *Winfelen*, prout eam a monasterio tenebat, nec non molendinum in Ude, et ius, quod in eo habebat in usus monasterii supportaverit, ad dies vitae ex redditibus Kempensibus annuatim 29 maldra sili-ginis et 15 maldra avenae. Haec concessio 1314 parum im-mutata fuit, et loco dictorum maldrorum assignatae fuerunt ipsi ad dies vitae decimae de Benerode, una cum palude sub-iacente ecclesiae Ude; ea clausula, quod dictae decimae cum ipsa palude post mortem ipsius ad monasterium revertantur et ob hanc devolutionem promittunt abbas et conventus facere in perpetuum ipsius memoriam tanquam unius ex fratribus.

1312 ad instantiam huius abbatis, Rutgerus dominus de Reida, exemit den *Wig Hof ther Heiden* in Reide ac omnia bona a Nicolao de Bechusen sacerdote ibidem possessa et monasterio huic donata, ab omni iure et servitio, quo ipsi obligata erant.

Cum ordinatio circa distributionem facultatum huius mo-nasterii anno 1292 facta, in multis obscura posita erat, unde contentiosi lites ac discordiae ansam facile arripere possent, hinc anno 1315 coram Theodorico sancti Pantaleonis, Arnolde sancti Martini et Theodorico Sibergensis monasteriorum abbati-bus, nova per viam concordiae inita fuit ordinatio.

[1315 Henricus van den Dor dimidiam maream reddituum ad luminaria summi altaris B. Viti mart. in monasterio Glad-bacensi siti.]

1319 Nicolaus de Bechusen sacerdos saecularis, cum suo fratre Marsilio dicto de Wickerade, huius loci professo, parili consensu donarunt abbatiae sum curtem Bechusen (modo Knops)

sitam in villa et parochia Gladbacensi, feudali titulo ad abbatem et conventum spectantem, cum omnibus suis attinentiis in pratis, piscinis, pascuis nemoribus etc., donavit insuper Nicolaus omnia sua bona mobilia, ea tamen lege, ut ex iis 10 marcae detrahantur, ex quibus suae exequiae et anniversaria sua et sui fratris memoria servetur in aevum.

[1319 Wilhelmus primogenitus Gerardi comitis Juliacensis transfert in abbatem et conventum omne ius et actionem, quae ipsi in bona quondam Nicolai de Bechusen competebat.]

[1320 Balduinus archiepiscopus Trevirensis concedit, ut ecclesia de Wilre parochialis ad reparationem aedificiorum et officinarum fratrum in cella de Bocholtz Domino famulantium cedat.]

[Eodem anno 1320, Henricus archiepiscopus Coloniensis monasterio Gladbacensi incorporavit ecclesiam parochialem in Kempen pro reparatione eiusdem monasterii et aedificiorum suorum, ac pro emendatione prabendiarum.]

[1323 Wilhelmus dictus Rost propter insolentiam suam offensam incurrerat Wilhelmi abbatis. Scabinis inservientibus tandem per amicabilem compositionem cum eodem abbate reconciliatur.]

1325 huius abbatis sedulitate privilegium Wilhelmi, comitis Juliacensis, quod omnes subditi Gladbacenses intra et non extra territorium Gladbacense molere debeant, obtentum.

1326 Abbas lampadem ante altare sanctae Crucis fundat.

1330 Rodegerus de Kelle et Catharina uxor eius de Weiler, vendiderunt abbati et conventui pro certa pecuniae summa, 8 solidos, 5 denarios et 7 pullos perpetui census annui capiendos supra domum et hortum eorum, sitos in Orweiler, (Oberweiler.)

[1330 indulgentiae concessae omnibus, qui certis diebus festivis devotionis, peregrinationis aut orationis causa ad monasterium s. Viti accesserint vel manus porrexerint adiutrices ad fabricam vel ad alia pia opera.]

1331 Dominus abbas volens posteris relinquere memoriale perpetuum, 12 iurnales prati Opperdone, quos ipse comparaverat, addidit 8 marcis annuorum redituum, quas Nicolaus de Bechausen presbyter p. m. deputaverat ad altare apostolorum titulo dotis, ea conditione, ut sacerdotes in ea dicant quotidie unam missam privatam et faciant pro abbate et dicto Nicolao memoriam specialem.

Circa hoc tempus legavit Sibertus de Monte, germanus frater huius abbatis 4 marcas brabant. annuorum redituum pro suo memoriali, quotannis faciendo.

Similiter Godefridus de Nussia, quondam huius loci commonachus, de licentia abbatis legavit huic monasterio pro suo memoriali perpetuo 22 solidos annuorum redituum.

[1333 Wilhelmus abbas testatur Reinardum van den Venne cum uxore sua vendidisse Wilhelmo dicto Schilkin curtem suam sitam tgenen Venn.]

#### XXIV. **Wilhelmus de Oranien,** condictus „Billig“.

Qui e loco prioris anno 1334 in abbatis gradum sublatus, rebus incumbere coepit cum non vulgari et disciplinae et substantiae monasticae incremento. Regimen, quod annis fere 32 tenuerat, cum vita posuit 1366 4 Idus Aprilis.

1335 Abbas Wilhelmus curtem ten *Holte* (modo *Engelschhoff*) ad officium hospitalariae spectantem, elocavit Godefrido de *Vleeke*, huius monasterii professo, ad dies vitae, una cum agris et decimis in *Gladbach* et *Ude*, censibus, pensionibus, lemanis, curmedis et ceteris ad eandem spectantibus.

Im Jahr 1337 bezeugten die abtheiliche Lehnmänner, Wie daß Johann vom Reide den Hof im Haltebruch (Ryer- oder Beefer-Hof) der ein Mannlehen der Abtei war, dem Arnold von Bismar übertragen hätte und dieser dem Abten und Konvent benannten Hof mit Land, Benden, Bruchen, Holzgewächs, mit 5 Schillingen, 3 Curmüden, und 4 Hühner, für 250 Mark brabant. verkauft habe.

1338 hic abbas circa distributionem praebendarum et emancipationem fratrum ordinavit, ut fratres iuvenes non mature et antequam sciant legere et scribere <sup>1)</sup> emancipentur, ut fratres emancipati a scholis, citra tamen gradum sacerdotis constituti, minoribus, quam actu sacerdotibus portionibus praebendarum sint contenti.

1338 Abbas cum conventu dedit Rutgero de Stessen in annuam pensionem perpetuam 30 iurnales terrae arabilis, sitos in parochia Hemmerden, in iurisdictione nobilis domini de Dicka erga 5 maldra siliginis cum dimidio.

1340 media pars molendini in Damma (modo Broichmühlen) una cum domisladio  $2\frac{1}{2}$  iurnali terrae vulgo Mühlenland, et  $2\frac{1}{2}$  iurnali prati ac 2 communionibus lignorum, una Opperdone hereditario divisa, altera in communitate ad dictum molendinum spectantibus, quam Joannes filius Beatricis, ab abbate tenebat sub annua pensione, ob defectum pensionis non solutae, ad monasterium iterum devoluta sunt.

1340 Conradus advocatus de Willke donavit huic monasterio quartam partem decimarum in Anrode, tam maiorum, quam minorum, quam quartam partem titulo feudali a monasterio tenebat.

1340 Abbas ordinavit, ut infirmi non in villis decumbant minus honeste et commode ut antehac, sed iis domum prioris pro infirmaria assignavit, ut ibidem edant et bibant.

1342 Priorissa et conventus cellae in Neuwerk de licentia abbatis fundaverunt ibidem altare sanctae Barbarae et in dotem huius altaris assignarunt praebendam integram, quamlibet monialium contingentem, una cum dimidia marca brabant. ac 12 maldra siliginis. Hanc donationem confirmavit abbas, salvo simul sibi et suis successoribus, quod in dicto altari in perpetuum instituere habeat rectorem, cui memorati redditus per-

---

<sup>1)</sup> scribere steht hier fälschlich. Die Urkunde hat „cantare“, und ist hierunter die Verrichtung des Chordienstes zu verstehen.

solvendi sint, salvo similiter capellano seu praeposito, quem ipse ibi instituerit.

1343 hic abbas ad supplicationem conventus concessit eidem officium rectoris B. Mariae in crypta et officium custodiae ad abbatis collationem solum et divisim spectantia, cum redditibus, proventibus, oblationibus ac aliis attinentiis ad altare dictum pertinentibus, una cum oblationibus truncorum ad aliorum altarium, tam in missis solemnibus quam privatis, ut ex iisdem defectus omnes in aedificiis turris ac monasterii et claustrii aedificari et restaurari faciant, ea tamen conditione, quod ipse conventus per se dictum altare quotidie officiet, praeterea monasterium in luminaribus et aliis, quae officium custodiae respiciunt, decenter et cum sufficientia provideat, supradictumque altare cum suis attinentiis post sui obitum cedat in perpetuum fabricae monasterii. Salvo sibi pro construendis et conservandis domus suae abbatialis annuis pensionibus, quae propterea percipit in terris dictis Züife, spectantibus in curtem Bronhoeve.

Im Jahre 1349 verpfachtete Abt Wilhelm und das Convent dem Herrmann Jarren und seinem Sohne lebenslänglich die Gülden und Erfälle, welche von der Kessel und Sester-Maassen in hiesigem Kirspel jährlich der Abtei zu erfolgen pflegen, dergestalt, daß sie gehalten seyn sollen, 6 gute Brennkessel zu halten und einen Kessel in dem Brauhauß der Abtei zu besorgen, daneben jährlich der Abtei zahlen 6 Mark Brabantisch.

Im Jahre 1349 schenkte die Begghen Kathrin von Wevelshofen dem Hermann von Echt Münch zu Gladbach zum Nutzen der Abtei erblich 3 Morgen Ackerlands, gelegen an einem Stück bei Engeln Huven von den Stoifen.

1351 Joannes Zedem ab abbate et conventu recepit dimidium mansum terrae arabilis iuxta curtem Jacobi de Wevelshofen in annuam pensionem perpetuam erga 4 maldra siliginis, in cuius solutionis cautionem titulo subpignoris constituit 3 iurnales terrae arabilis situs apud 5 iurnales Siberti de Raches-

leiden et unum iurnalem liberum cum dimidio prope parvam silvam Heliæ de Wevelshofen.

[1352 ecclesia parochialis in Dülken incorporatur monasterio sancti Viti.]

1357 studuit hic abbas excommunicationis sententiâ compescere quorundam fratrum effrenatam vivendi licentiam, qui sine licentia abbatis claustrum exibant, tabernas frequentabant, ad taxillos ludebant, conc . . . . . tenebant, habitum suae religionis temere de ponebant, sub spe lucri blada emebant, aliis pecunias pro lucro mutuabant, quod *Santghelt* nuncupabatur, bona ad monasterium pertinentia alienabant, vestes, caligas, calceos, cingulos, bursales contra ordinis iustituta deferebant, placita in iudiciis spiritualibus et temporalibus pro se et pro aliis observabant, de executione testamentorum se intro-mittebant.

Qui tamen omnes, commissorum criminum poenitentes, promissa condigna emenda, per Christianum, rectorem ecclesiae parochialis, abbatis nomine ab excommunicatione absoluti fuerunt.

Sed supramemoratos monachos, quantum ad vitium usurarium, suis promissis non stetisse, patet comminatorio rescripto Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis ad abbatem Wilhelmum de anno 1360, in quo gravissime conqueritur de usuraria pravitate huiatum monachorum, iniungit abbati sub excommunicationis poena, ut huiusmodi monachos monitiones suas et mandata contemnentes, a communione divinorum et administratione fructuum, reddituum et praebendarum suarum suspendat seque abbas de iisdem fructibus etc. intromittat, et illa tamdiu teneat et conservet, nec non debitoribus eorundem inhibeat, (quod intra missarum solemnia sub poena excommunicationis publicandum,) ne dictis monachis usurariis debita, in quibus ipsi tenentur, persolvant, donec ab usuraria pravitate destituerint.



## XXV. Giselbertus de Welz.

Praefuit ab anno 1366, et postquam boni pastoris et oeconomi munere annis fere 32 perfunctus esset, onus et vitam posuit 1398, Kal. 17. Aprilis.

1366 Urbanus Papa V. ad instantiam et querelam abbatis et conventus Gladbacensis, quod nonnulli bona monasterii, decimas, redditus, census, terras, domos, silvas, pascua, prata, nemora, molendina, equos, boves, vaccas, porcos, vasa argentea et aurea, tretisternia, libros, calices, paramenta, pecuniarum summas, literas authenticas, instrumenta publica et alia bona mo et immobilia temere et malitiose occultare et occulte tenere praesumerent, mandavit per apostolica scripta praeposito sancti Gereonis Coloniensi ut huiusmodi detentores occultos publice in ecclesia de restitutione vel revelatione intra certum terminum facienda moneret, quo praeterlapso, si id non praestiterint, infra alium terminum competentem peremptorie praefigendum, generalem excommunicationis sententiam in illos proferret.

1371 bekennet Stephan von Scheinen mit seinem Verwandten Toenis op der Donk, daß der Hof zu Damme dem Abten und Convent zugehörig sey und gelobet in guter und steter Treu, auf keine Weise demselben darin miß zu thun.

[1371 erklären sich die Gebrüder von Nlem wegen des Hofes zu Rheydt und allem Uebrigen mit dem Abt und Convent ausgeglichen.]

[Abteleidis im Bronhof macht 1373 eine Stiftung an den Altar des heiligen Vitus.]

1383 bekennet Daem von Welz für sich und seine Erben, daß der Hof und Mühle zu Rade (Rahrmühle) mit allem ihrem Zubehör, der vormals Rutger von Nlem zugehörig war und ein Mannlehn der Abtey ist, nach seinem Tode erblich und ewig seyn solle dem ehrsamten und geistlichen Herrn seinem Bruder Abten Gieselbrecht von Welz und gemeinem Convent des Münster s. Viti zu Gladbach.

1389 hat Reinhard von Loevenich, Knappe vom Waepen und Adelheid seine eheliche Hausfrau den Hof tho Walthuffen (modo Charmanshof) in dem Kirspel von Monich Gladbach gelegen, welchen es im Jahre 1381 von Reinboide, genannt Eysel Knappe vom Waepen angekauft hatte, dem Abten Gieselbrecht und Convent um eine Summe Geldes verkauft.

1389 haben Wilhelm und Maria, herzogen von Göllich und Gelbern wegen treuen Diensten so ihnen Peter, ihr Kellner zu Broich und Johannes von Gladbach, seinen Vetter, geleistet haben und noch leisten werden, denselben und ihren Erben, ihren Hof zu dem Losche bei Gladbach gelegen, mit 60 Morgen Ackerland, 23 Morgen Broich, 3 Morgen Busch, 4 Morgen Bend und mit den Weidengewelden von 3 Morgen fort mit seinem Zubehör von allen seinen beiden Schatzungen, Fahren, wachen, graben und von allen Lasten gefreit zu ewigen Tagen.

1396 bekennen Abt Gieselbrecht und Convent, daß sie der hochgeborenen Fürstin, ihrer gnädigen Frau Herzoginn von Göllich und Gelbern, Maria, ihrer gnädigen Herrschaft, für sich und ihre Nachkömmlinge geloben und versprechen, alles dasjenige in ihrem Kloster zu thun, was Sie ihrem Gemahl S. A., seinem Vater und Vortater, gethan haben und ihre gnädige Frau daran nicht zu hindern.

## XXVI. Joannes de Troistorph.

Ad clavum abbatialem autoratus anno 1398 vivere desiit 1418, 28. Augusti.

Maximum campanum nomen eius inscriptum continet.

Im Jahre 1399 hat Lyna von Hüchelhoven, Wittwe Gerhard Hunighs mit ihrer Kinder und Freunden guten Rath dem Abten Johann und Convent gegen eine bescheidene Summe Geldes verkauft den Theil Gulden und Renten, den sie hatte an dem Zehenten „Tüschbroicher Zehent“ in der Dinkbank von der Hardt und hat dieses Geld verwendet, ihre beide Töchter in dem Kloster Neuwerk zu bestaden.

Anno 1400 Theodoricus dominus in Burgbroil permutandā vendidit Joanni von Harken praeposito in Bocholtz pratum suum dictum, die „Schieffwiesen“ situm in Weiler, erga partem prati „die Schwiesen“.

1404 hat Abt Johann und Convent mit Bewilligung Friedrichs Erzbischofs von Köln dem Wolter von Dicke und Sophia, Eheleuten zu Köln, zur Erbschaft gegen 24 Malber Roggen jährlicher Erbenrenten ausgethan ihren Broynhof zu Nyle, beneben der Stadt Köln, mit der Herrlichkeit zu Nyle, Scholteisamt und Meierei mit all Zubehör, Acker, Weide u. Pächte, zinsen, so zu dem Broynhof gehören.

1410 Meiß filius Knauffs et Gele uxor eius vendiderunt pro certa pecuniae summa, contractu antichretico, Joanni de Zoppenbroich, praeposito in Bocholtz, tres petias horti vinearum sitas in Weiler, ein Firdel in der Weintleinen,  $\frac{1}{2}$  Firdel am Molenberg, item  $\frac{1}{2}$  Firdel an dem Quickelhule, redimendas cum 20 aureis rhenanis boni valoris.

1414 verpachtete Abt Johann dem Engelchen tho Holt den Hof then Holte mit seinem Artland, Benden und Zehnten auf 20 Jahre lang für 20 Malber halb Roggen und halb Haver, nebst zwey die beste Ferken und soll er gleich andern Halbwinner dienen, dagegen soll ihm her einen Winterrock und Rogel geben; zum Unterpand richtiger Zahlung stellet Engelchen seinen Hof tho Holt, der ein Mannlehn der Abtei ist.

1414 bekennen Scheffen Bymeister gemein Bürger und Landmann zu Gladbach und geloben, daß sie zum Bau der Start von der Abtei hinsüro nichts mehr gesinnen wollen und bedanken sich der guten Bezahlungen und Berrichtungen, die ihnen die Abtei aus Günst, Freundschaft und Nachbarschaft gethan hat.

1416 bekennet Johann von Gattum, Herzogs Reinoltz Sohn von Gelre, übermitz eines Briefs, daß er mit dem Abten und Convent über alle Zwisstigkeiten, welche sie miteinander gehabt hätten, verglichen seyen, es sey in Briefen oder außer Briefen und spricht sie davon los und quitt, verzieht zugleich alle Briefe, die er

von ihnen hat oder gehabt hat, ausgenommen den Brief, den er hat von 12 Malder paar Korns, halb Korn und halb Even, die sie ihm jährlich um Weimeisen zu liefern schuldig sind, außer dem großen Zehnten in dem Kirspel zu Dülken.

1418 haben Johann von Sand und Tigel seine eheliche Hausfrau im Beiseyn der Echeffen zu Linn dem Abten Johann und Convent, um eine bescheidene Summe Gelds erblich verkauft ihren Zehnten auf der Dort in dem Land von Linn, in dem Kirspel Linn.

1418 Abbas Joannes ad usum confratrum suorum dedit et transportavit curtem suam in Venne prope Gladbach situatam, cum omnibus suis attinentiis, ut ex redditibus eiusdem singulis quatuor anni temporibus memoria sui suorumque parentum, consanguineorum et amicorum cum vigiliis, missis, commendationibus, orationibus, eleemosynis, etc. a fratribus servaretur, in quem finem quoque fratribus donavit decimam 14 parium maldrorum in territorio Linnensi situatam, demptis tamen ex eadem decima 2 maldris siliginis perpetui census ad alium locum deputatis, annuatim persolvendis.

### XXVII. **Wilhelmus de Juliaco.**

Qui ex illustri Juliae et Geldriae ducum genere prognatus, huius monasterii professus monachus, literarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliarumque virtutum donis praeditus, a Martino V. P. M. anno 1418 constitutus est huius monasterii in spiritualibus et temporalibus administrator, ut bona nedum conservare, sed et ea, quae distracta et alienata erant, sua discretionem ac consanguineorum et amicorum suorum potentia et favore, de facili recuperare posset. Postea translatus ad monasterium sancti Pantaleonis, cuius et administrator fuit, ibique obiit anno 1426, et in turri sepultus, prout dominus Theodorus Hülsen se in monasterio sancti Pantaleonis legisse scribit anno 1600, 22. Februarii.

### XXVIII. **Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven I.**

Ex pastore Gladbacensi anno 1424 electus abbas, senio confectus, munus abbatiale resignavit 1450, obiit autem 1453, 21. Decembris.

Huius abbatis regimine coepit initia congregatio Bursfeldensis reformationis. Author extitit Joannes Diederoch, patria Mundensis, coenobii Northeimensis professus, 1430 electus fuit abbas monasterii Clasensis, dioecesis Hildesiensis, ducatus Brunswicensis. Postulatus tertio anno reformationis abbas monasterii Bursfeldensis, unde et reformatio nomen sortitur, obiit 1439; in huius locum electus fuit abbas Bursfeldensis Joannes Kögen, qui mire hanc reformationem propagavit, coadiuvante Joanne Rode, monasterii sancti Matthiae prope Treviros abbate. Numeravit haec congregatio 115 monasteria.

1425 bekennen Prior, Priorin und Convent des Klosters zu Weiden binnen Venlo, daß der Zehnt, so Sie im Land Kempen besitzen, welchen sie vorzeiten von Henrich von Hüß gekauft hatten, ein Mannlehn des Klosters St. Viti tho Gladbach wäre, daß ein zeitlicher Prior daselbst den Zehnt für ein Manngut empfangen, den Abten mit Heergeweide huldigen müssen und gewöhnlich als oft und binnen Jahrs darnach, daß der Prior, der das Lehn empfangen, gestorben wäre oder dem Priorat entsagt hätte, der neue Prior das Lehn von dem Abten empfangen und huldigen solle mit 2 Mark brabantisch und den Mannen ein Viertel Weins.

1431 haben Gerhard von Wambeek und Greta seine eheliche Hausfrau für sich und ihre Erben im Weiseyn der Scheffen zu Birschmich dem Abten Rouver und Convent für eine bescheidene Summe Gelds verkauft ihr freyes Erb und Gut mit der Hofrechte gelegen zu Birschmich haltend 79 $\frac{1}{2}$  Morgen und 18 Ruth Artlands.

1436 Abbas Wilhelmus contulit fratri Matthiae de Kessel praeposituram in Bocholtz ad dies vitae sub his conditionibus, ut annuatim monasterio pendat 14 plaustra vini de meliori ut nihil de bonis ibidem sine consensu abbatis et conventus

alienet, ut pastori in Weiler praeter mensam quotannis 14 Kaufmanns Gülden persolvat, in ecclesia Weilerensi sustentet lampadem et vocatus Glabacum ad capitulum compareat.

[1437 Kloster Altenberg übernimmt den Hof und die Herrlichkeit Niehl in Erbzahl.]

### XXIX. **Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven I.**

Ex priori gladbacensi anno 1450 electus abbas multa pietatis opera regiminis sui tempore monasterio exhibuit.

1453 Wilhelm von Bocholz, Propst zu Bocholz, hat beliebt und übergeben dem ehrbaren Dederich von Nyenheim, Mönch zu Gladbach, 20 oberländische rheinische Gülden ein Lebenlang zu seinen Leibzuchtsrenten, als welche er von dem Abten und Convent gegolten hatte, spricht alsdann nach Dederichs Tode für sich und seine Erben den Abten und Convent von solchen Leibzuchtsrenten frei, ausgenommen, daß jährlich eine Memoria und Spende laut des Hauptbrief soll gehalten werden.

1454 bekennt Dederich, Erzbischof von Köln, daß er vom Abte und Convent zu Gladbach zwei Wassermühlen, eine zu Ude, vor seinem Schloß und die andere zu Mühlhausen gelegen, zur Erbpacht habe für 9 Malder Roggen Kempisches Maaß, allzeit auf Andreihtag unbefangen zu zahlen aus seiner Kellnerei zu Kempen.

1457 erlaubte Dederich Erzbischof von Köln hiesigem Gotteshaus alle Jahre den zweiten Sonntag nach Pfingsten die darinn aufbewahrten hh. Reliquien öffentlich zu zeigen.

[1466 gestattet der Abt dem Kloster zu Neuwerk die selbstständige Spendung der hh. Sakramente und wird dies vom Erzbischof Rupert bestätigt.]

1469 haben Dederich Huest, Herr zu Ulme und Anna von dem Geetzbusche, Eheleute, dem Johann von Keggyn und Adelheid von Blatten, Eheleuten, für eine sichere Summe Gelds erblich verkauft ihre Logdie Gerechtigkeit und Herrlichkeit zu Bocholz und Weiler mit ihren Zinssen, Zysse, Pachte, Renthe, Gülden, Wetten, Boessen,

Lüde, Wein, Korn- und Haber-Gulden, Buschen, Wiesen, Weiden u. s. w., sowie Dederichs Borältern und sie Eheleute dieselbe lange Jahre ruhig besessen haben.

1472 haben Johann von Keggyn und Adelheid von Matten dem Propste zu Bocholz, Wilhelm von Bocholz, die Vogtei zu Bocholz und Weiler conditionate verkauft.

1478 hat Abt Rouver und Convent den eingeseßenen in Bettenraide einen Weg und Dick durch ihr Gotteshaus Neersbroich bewilligt, unter der Bedingung, daß sie keinen Schaden an dem Holz zufügen sollen, den Dick und Weg in Stande zu halten, das dazu nöthige Holz von dem Abteiförster zu begehren, doch alles außer Schaden des Gotteshaus.

1481 ist Abt Rouver von seines Gotteshaus wegen vor den Scheffen des Gerichts zu Jülich erschienen, belangend die Breuer zu Gladbach in Betreff der Gruyt, wobei mit Wiß und Willen beider Parteien ein gütige, freundliche, Scheidige und Moitsame Vest und stäts nach dem Landrecht zu halten. So sollen die vorgemelte Breuer nun fortan genantem Abten, solang er leben wird, von jeder Tonne leicht Bier, was sie brauen, zahlen 7 Pennig, und von jeder Tonne dick Bier 7 cöllnische Heller. Und wenn der Abt mit leben abgehen würde, wollte der zukommende Abt und die Breuer die Maitscheidung halten, wenn es ihnen beliebt, wo nicht, so macht der nicht beliebende Theil sich des Rechtes behelfen oder es auch dabei lassen.

### XXX. Joannes de Epsendorf.

Anno 1492 ex sacrista electus abbas. Hic eum consideraret substantiam huius monasterii multorum incuria vitaeque lubricitate attenuari, summopere studuit se suosque reformationi Bursfeldensi subicere, sed pium hunc conatum, quem nonnulli proterviores et mors ipsa interveniens impediverunt, successori suo effectui mandandum reliquit. Obiit anno 1505, 10. Januarii, aetatis 53.

Sepultus in antiqua capella B. M. V., sita ante altare sancti Stephani, in qua et praedecessor suus sepultus fuerat.

Im Jahr 1493 hat Catherine von Wevelhofen, Monialin zu Sarin eine Seele Meße für sich, ihre Aeltern, für ihren Bruder Wilhelm von Wevelhofen Abten, Werner von Wevelhofen, Pastorn zu Dülken u. s. w. gestiftet, welche in hiesiger Münsterkirche in der Kapelle unser lieben Frauen vor St. Stephanus Altar, worin ihr Bruder Abt Wilhelm begraben liegt, den zweiten Dienstag nach Remigy soll gehalten werden und hat zu dieser Stiftung angewiesen 3 von den 6 rhein. Gulden, welche sie von dem Abten und Convent 1492 als Erbrente gegolten hatte.

1492 promiserunt prior et conventus sanctae Crucis abbati, quod ob foundationem monasterii Crucigerorum in Dülken, nullum velint acquirere privilegium in praeiudicium ecclesiae parochialis ibidem. Id ipsum 1497 promisit Vincentius comes de Moers et Saarwerden, dicti monasterii fundator.

1492 hat Abt Johann und Convent dem Dederich von Dongraide, genannt Wesel, erblich verkauft 25 oberländische rheinische Gulden, jährlich um Remigii in die Stadt Neuß zu liefern, von und aus dem Zehent zu Kempen, auch aus einem Zehent genannt Buwikzehnt in demselben Land, auch aus einem Zehnt, pimperlachs genannt, gelegen im Kirspel Anrad, haltend 34 Paar Korns, und aus dem Zehnt, der Boeckerzehnt, gelegen zwischen Kempen und Kreveld, haltend 14 Paar Korns als Prinzipal-Verschreibung.

1494 hat Abt Johann den Dederich Blomendael van gen Hörstgen zum Prokurator gestellt, um für die Abtei die Kurnude, Heugeld, Zinsen und andere Renten, die der Abtei von wegen ihres Patrons, des hl. Martirers St. Vit an- und zugehörig sind in dem Lande von Gelbern, neben der Stadt von Clade, zu heben, wie auch nach Anweisung der Bücher und Rollen bei sterbefällen und Heirathen die Gebühren zu empfangen, mit dem Unterschiede bei Sterbfällen von den Mannspersonen das Beste von einem Stück, sowie das in seinem Haus und Hof gelegene, zu nehmen, von der Frau aber das beste Kleid, das ihrem Leibe zugehörig ist,



doch das Kleid auf Gnade zu lösen und bei Heirathen von einem jeden 6 Pfennig zu buiren, ersuchend derowegen alle Herrn Prälaten, Pastoren, Offizianten, Richter geist- und weltliche, seinem Prokurator hierbei den nöthigen Beistand zu leisten.

1495 verpachtete Abt Johann dem Johann tho Waterla auf 29 Jahre lang die Abtheilche im Waterlaersfeld gelegene Länderei für 2 Malder Roggen jährlich.

1500 haben Johann von Broichhausen Prior, Küster, Kellner und das gesammte Kapitel zu Gladbach, dem Peter Schöler und Cathrin seiner Ehefrauen, das Hofgericht zu Vorschmidt mit der Länderei auf 18 Jahre gegen 24 Malder zur Pachtung ausgethar. Nämlich 37 Morgen von einem Stück bei Meiner Desenland an zweien langenseiten, wodurch ein Weg nach Lützenrade geht. Noch 9 Morgen gelegen vorhäubtig an Meinerland von Waythausen-Huisen und 6 Morgen gelegen an der langen Seiten bei dem Land der Jungffern von St. Märgen. 5 Morgen bei Vorsch. Meinerland an der langen Seite, noch 11 Morgen bei desselben Meinerland zu, bei dem Herweg auf der Halrenstraß, auch 5 Viertel bei Meinerland dem Emerader Pfad, noch 3 Viertel auf dem Speinerei Weg, auch 5 Viertel gelegen in der Bronnskaulen.

Joannes abbas mortis vicinus legavit huic monasterio 200 florenos, ut singulis septimanis una perpetua missa in capella dicta antiqua virginis Mariae celebretur.

### XXXI. Aegidius a Bocholtz,

in reformatione I.

Ex inclyta nobilium de Bocholtz prope Lobberich prosapia oriundus, anno 1505, 14. Januarii, ex pastore Dülekensi abbas creatus, monasterii fabricam vetustate collabentem non solum, sed collapsam insuper regularem disciplinam instauravit, quam coadiuvantibus Joanne Brauweilerensis, Gerlaco Tuitiensis et Gerardo sancti Martini monasteriorum abbatibus anno 1510, 20. Aprilis eliminatis cum annuo vitalitio fratribus, genere quidem illustribus, sed moribus obscuris, pristinae virtuti resti-

tuit et reformavit iuxta unionis Bursfeldensis statuta. Ultimum diem composuit 1538, 30. Aprilis, aetatis 70., regiminis 33., sepultus in navi ecclesiae ante cryptam.

1511 ist über den Bau des Schiefs oder Böttgen in der Mutterkirch zu Gladbach, wie auch über die Gerechtigkeit 3 Weyer, des Gogberaidts, duiffen und Luzenweyer, zwischen der Abtei und der Gemeinde, im Beiseyn deren vom Herzog von Jülich hierzu verordneten Rätthen verglichen und beschloßen worden:

1. daß eine jede Partei für sich und seine Nachkömmlinge des genannten Bau halber durch diesen Verein in ihren Rechten unverlezt seyn und jeder Partei sein Recht vor behalten bleiben solle;
2. daß die Gemeinde auf diese Zeit den Bau des Schieffes thun solle und nach Nothdurft neue machen und der Abt dazu geben, wenn sie anfangen und mit der Zeit 100 hornsche Gulden und binnen Jahr nach Absterben des jetzigen Pastor Johann von Hoesteden der Gemeinde zum Bau naegeben 100 Gulden;
3. daß die Abtei den duiffen und Luzenweyer wie vor Alters ruhig gebrauchen soll, den Gogberaidts jedoch bis es bewiesen, daß er der Abtei zugehörig ist, liegen lassen.

1519 ist über mehre strittige Punkte zwischen der Abtei und Gemeinde vor den Herzog jülicher hierzu verordneten Rätthen verglichen und beschloßen worden:

1. mit dem bedegeld von des Abten Halsleute ist beschloßen worden, daß der Amtmann die Aufsicht haben soll, dieselbe in dem Schatz nach ihren Nahrungen zu behandeln, als andere ihres gleichen;
2. über den Punkt, daß die Halsleute an dem Kirchenbau helfen sollen, ist beschloßen worden, daß die Kirch- oder Baumeister solches ihnen nicht befehlen, sondern sie darin begehren sollen und im Weigerungsfalle die Kirchmeister dieses dem Abten zu erkennen geben und dieser soll sie dazu anhalten;

3. über den Punkt mit dem Harnesch, welches die Halsleute haben sollen, ist gesprochen worden, daß dieses bei dem Abten und Amtmann zu Broich auf ihr Gutbefinden stehen soll, worinn Bürgermeister, Scheffen u. s. w. nichts zu thun oder zu sagen habe.

Schließlich über den Bau des Schieffes mit der Bezahlung des Geldes, das der Abt dazu soll geben 100 Hornsche Gulden und 100 Radergülden wie Inhalt des vorigen Spruchs.

### XXXII. **Petrus a Bocholtz,**

in reformatione II.

In locum patris sui electus, inauguratus et ab huius communitate, uti dominus, in civitatem hanc cum debita solitaque solemnitate introductus fuit. Rexit annis 37, obiit anno 1573, ultima Decembris, sepultus ad sinistram Aegidii abbatis.

[Anno 1550 exortae dissensiones inter abbatem et sorores in novo opere B. M. V. super decimas in Dülken.] <sup>1)</sup>

1552 hat Wilhelm, Herzog zu Göllich, dem Abten Peter und Convent auf ihr Ansuchen gestattet, eine Windmühle an dem Dülkener-Weg zu erbauen und den Wind dazu zu gebrauchen, dagegen sollen Abt und Convent ihm und seinen Erben und Nachkömmlingen jährlich um Remigi in seine Kellnerei zu Grevenbroich erblich darauf geben 1 Mark brabant., nämlich 12 Raderabus, und 2 gute Capaune.

1554, 25. Februarii inter Adolphum archiepiscopum Coloniensem et capitulum Metropolitanum ex una, et Petrum a Bocholtz abbatem et conventum Gladbacensem ex altera parte super differentiis ratione parochialis ecclesiae in Kempen, diu in curia Romana aut alias iudicialiter vel extra iudicialiter subortis, finalis concordia inita est.

[Anno 1563 abbas Ottoni de Byland, domino in Reydt et

<sup>1)</sup> S. hierüber *Ederz und Röver* p. 256 ff.

Brempt et eius uxori Mariae de Pomerio beedas abbatae vulgo de Ritterbeeden nuncupatas, hereditarie locat.]

[Anno 1565 acquirit abbatia permutationis modo pomerium ante portam dictam Weierpforte, iuxta curtem dictam den Widenhoff, a Thoma Sprenger.]

Sub hoc abbate expetitur fuit a Philippo II. Hispaniarum rege caput sancti Laurentii Martyris.

### XXXIII. **Jacobus Heeghen,**

in reformatione III.

Praefuit annis circiter 10, obiit 1583, 25. Augusti, aetatis 46. Sepultus ad dexteram Aegidii abbatis.

Hic abbas iura ecclesiae non satis vigilanter vel non satis fortiter defendit. Inter cetera huius tempore ist des Gotteshaus Kaxs oder Pranger, auf dem Markte stehend, durch den fürstlichen Bogten Johannem Grein 1574 de facto niedergeworfen und desselben Ort ein anderer seiner mit dem Gölischen Wappen in eius absentia cum non exiguo iuris monasterii detrimento aufgerichtet worden. 1) 2)

---

1) Ueber den Pranger zu Siegburg lesen wir in den Annalen des historischen Vereins 1876, S. 96:

„Der Kax, Kax, die Schandsäule, stand noch bis in den Anfang dieses Jahrhunderts auf dem Marktplatz. Es war ein steinerner Pfeiler, dessen oberer Theil einen Delinquenten mit auf der Brust gefesselten Armen darstellte. Um den Hals des Strinbildes war der eiserne Keifen befestigt, der den Verurtheilten an die Schandsäule festschloß. Dieser dem 14. Jahrhundert angehörige steinerne Kax wird heute noch in der Schützenburg zu Siegburg aufbewahrt. Auf einer in der Aufgabe zu Siegburg aufgefundenen Krugscherbe ist die Procedur des Prangerstehens in einem Reliefbilde recht anschaulich dargestellt. Der Mißthäter steht auf einem niedrigen Gerüste mit dem Halse und den Händen rückwärts an die Schandsäule festgeschlossen. Auf seiner Brust ist ein Schild befestigt. Ringsum steht die höhrende Menge. Unter dem Bilde liest man das Sprüchlein:

Wiltu an sulchen kaeks niet staen  
Mofu von boesen werken laen.“

2) Die Einkünfte des Klosters aus der Stadt und dem Kirchspiel Gladbach

**XXXIV. Vitus Ulricus,**

in reformatione IV.

Quo regente professi, quantum sciri potest, nulli, idque propter temporum iniuriam summamque annonae caritatem, quae eo tempore universam hanc patriam afflixit.

Obiit anno 1587, 22. Augusti, aetatis 37., regiminis 4., morte immatura extinctus, sepultus in navi ecclesiae prope suggestum.

Effulsit in eo eximia in Deum pietas et in pauperes incredibilis munificentia, quam testantur versus ex ipsius epitaphio desumpti:

Hebdomada quavis quingentos circiter atque ad septingentos  
pane bis ille fovet.

Milleque quingentos bis centum pavit egenos in coena Domini  
non sine laude simul.

**XXXV. Antonius Odendal,**

in reformatione V.

Patria Coloniensis, puer custodivit oves patris sui, iuvenis agros colit, cellerarius huius monasterii fuit et ex pastore Kempensi electus abbas. Obiit 1592, 7. Decembris, aetatis 39., regiminis 5.

Sepultus fuit in sacello apostolorum ad cuius sepulcrum sequens epitaphium olim positum erat: Reverendissimo in

---

werden behufs Aufbringung der Kriegsteuer im Jahre 1580 veranschlagt, wie folgt:

„Item hat der Herr Abt zu Gladbach ahn Fairlichen Inkümpften In der stat und Kirspell Gladbach ahn Korn, Weiß, gersten und Haveren uff ein Malder Roggen gerechnet — ein thousand unnd 80 malder, und dabey ahn geltz Renthen — 61 goltgulden, auch 47 reichsthaler, darzu 12 hornsche gulden unnd in gemeiner Werung 86 gulden current, unnd Ist In das 30 malder gerechnet uff 2 goltgulden, auch In geltz der Driffichste pfenning, thuit also die taz oder anschlag 76 goltgulden 12 Albus. (Növer, „Nachtrag zur Geschichte Gladbachs.“)

Christo patri ac domino d. Antonio Odendahl Agrippinati electo et confirmato abbati atque domino sancti Viti M. in Gladbach.

Cuius in adverso requiescunt ossa sepulcro et seqq. (v. pag. 58.) <sup>1)</sup>

**XXXVI. Theodorus Hülsen,**  
in reformatione VI.

Electus anno 1592, 14. Decembris, proclamatus 17. eiusdem, confirmatus 10. Mai 1593, benedictus 23. Aprilis 1594. Obiit Coloniae 1600, 19. Decembris, huc vectus et sepultus iuxta altare sancti Laurentii ad cornu epistolae.

Hic abbas vir piissimus, et regularis observantiae zelator eximius, fratribus et filiis suis et verbo et exemplo praeiens, regularem disciplinam summopere promovit itaque vixit, ut et domesticae fidei inimici dicerent, se non cum ipso vivere, sed bene mori velle. Liberalissimus in pauperes et egenos fuit ecclesiamque diversis exornavit altaribus et ad aedificationem fidelium excitantibus picturis.

Epicedion defuncto inscriptum v. pag. 60.

**XXXVII. Arnoldus ab Hüchelhoven,**  
in reformatione VII.

Electus anno 1601, 9. Januarii, eadem proclamatus, confirmatus 8. Februarii et benedictus 21. Octobris. Obiit 1619, 22. Octobris, aetatis 51., regiminis 18. Sepultus in sacello sancti Stephani a latere evangelii.

Hic electus cum sciret quantum scientia non solum proximis, sed ipsismet illius possessoribus profutura esset, praeser-

---

<sup>1)</sup> Das Bild des Abtes Odendahl befindet sich auf dem in der Pfarrkirche befindlichen, die Kreuzigung des Herrn darstellenden Gemälde. Der dem Abte gegenüber knieende Ordensmann ist wohl der damalige Pfarrer Martinus Brabach.

tim ingravescente isto tempore haeresi Calviniana, singularis fuit studii fratrum suorum promotor, ideoque eorundem plures post professionem non solum ad studia in gymnasiis continuanda remisit, sed diversos etiam cum non exiguis sumtibus, sed non sine fructu, in ipso monasterio aluit studiorum professores; multas in iurisdictione defendenda passus est oppositiones, sed viriliter in omnibus restitit.

Defuncti epitaphium vide pag. 61. <sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Am 14. Aprii 1609 nahm Kur-Brandenburg Besitz von der Stadt Gladbach, unter Protest des Abtes als Grundherrn der Stadt. Röber theilt in seinem „Nachtrag zur Geschichte M.Glabdach S. 29“ hierüber folgendes Protokoll mit:

„Instrumentum der vom Chur-Brandenburgischen Hauff in dem Herzogthum Süllich und zubehörigen Landen Anno 1609 ergriffenen Possession:

Nach uff geschriebenen Dingtag den 14. tag des monats Aprilis zwischen 5 und 6 Uhren ungesehr nachmittags ist offtgenanter churfürstl. Brandenb. Herr Commißarius und gewalttrager (der ehrenvest und hochgelerte herr Conrad von Brynen, der rechten Doktor) in beysein eines hieunden geschriebenen notarii und deren hernach benenter zeugen an die statt Gladbach ankommen und die pforze genant die weier-pforze, daselbsten die hamei vor der pforzen geschlossen, und ein ziemlich anzahl von den bürgern gewesen so die wacht gehalten und gemelter Herr Commißarius seine commission und habenden bevelch in die lengde dargethan, und wie die bürger den schlagboem noch die pforze der statt nitt willen eröffnen und gestatten inzuziehen, hat der Herr Commißarius die churfürstl. Brandenb. wapen neben der schriftlichen declaration der apprehendirter und continuirter possession an die hamei angeschlagen, wie nun solcher actus apprehensionis verricht, ist des ehrwürdigen herrn abten zu Gladbach syndicus alda erschienen und an geben, daß der herr abt ein grund herr der statt Gladbach were, und ein fürst zu Süllich allein ein schirmherr, und wolte dero wegen der syndicus in nahmen des herrn abten sich bezeigt haben, daß solcher actus apprehensae et continuatae possessionis den herrn abten zu seiner habenden gerechtigkeit nitt nachtheilig sein soll, hiewider der Herr Commißarius angezeigt, daß er der statt gelegenheit nicht eigentlich wiße, auch die possession und besitz derselbigen statt nitt andern gestalt apprehendiret und continuiret hätte, dann allein die hoch- und gerechtigkeit so ein fürst zu Süllich daran hatt, dem herrn abt und jedermenniglich seine gerechtigkeit vorbehalten, also verhandelt vor obgenanter statt Gladbach an der pforze genant die weier-pforze.“

**XXXVIII. Henricus Goirmanns,**  
in reformatione VIII.

Anno 1619 monasterii praefecturam adiit ac annis 15 tenuit, tandemque eandem Deo vocante deposuit 1635, 22. Octobris, aetatis 53. Ecclesiae dum viveret rerumque sacrarum ornatum singulari cura complectebatur. Abbatiae iura strenue propugnavit, usum mitrae sibi suisque successoribus ab Urbano VIII. P. M. 1626 impetravit. Sepultus in sacello sancti Stephani a latere epistolae. <sup>1)</sup>

Hic praecessoris sui vestigiis insistens, strenuo quoque iurium huius ecclesiae propugnator fuit et in hoc felicior, quod plurimorum contra principis huius loci officiales ab ipso principe obtinuerit confirmationem, et si vita comes fuisset, a plurimis circa monasterii iurisdictionalia, ob suam in similibus dexteritatem, successores suos potuisset liberare dissidiis.

Im Jahre 1633 des Sonntags vor aller Heiligen ist die Kirche zu Reidt eingenommen, auf Anstiften des Herrn zu Odenkirchen und Reidt. Der Pastor hat geheissen Wit Bongarts.

**XXXIX. Petrus Sybenius,**  
in reformatione IX.

Ex pastore Dülkensi electus et confirmatus anno 1635, in spiritalibus et temporalibus verbo et exemplo praefuit. Obiit 1658, 14. Octobris, tumulatus ante aram sancti Benedicti.

1652, 2. Junii oppidum Gladbach magnum incendium passum in domo Joannis Stefes, tota platea, quae nunc dicitur „platea nova“ usque in forum cum domo communitatis, portica „die Halle,“ portis forensi et iudaeorum, 144 domibus, 60 horreis, 4 braxatoriis igne fuit consumptum.

---

<sup>1)</sup> Das Porträt des Abtes Goirmanns in vollem Ornat befindet sich auf dem, die Steinigung des hl. Stephanus darstellenden Gemälde in der Münsterkirche.



[1653 kauft Abt Sybenius den Ramper Hof in Hardterbroich.]

1655, 28. Augusti patres capucini renitente abbate coepere missam celebrare in domo Viti Maus. 1)

### XL. Bruno Charmans,

in reformatione X.

Anno 1659, 16. Octobris, coram Henrico Dücker, Werdinensi abbate, et congregationis Bursfeldensis praeside, Aegidio romano sancti Pantaleonis, et Joanne Merzhausen, Brauweilerensis, monasteriorum abbatibus, concordibus votis in sacristia ex priore huiate electus fuit. Die 6. Novembris confirmatus ac 9. eiusdem Coloniae ad st. Ursulam, a rev. dom. Paulo Stravio, suffraganeo Coloniensi, assistentibus Brauweilerensi et Pantaleonis abbatibus benedictus. Supremum diem obiit 1680, 28. Octobris, aetatis 62., professionis 43., sacerdotii 38., regiminis 22. Sepultus in inferiori nave ecclesiae.

Fuit hic abbas per omnia magnus, procerae staturae, excelsi animi, maiorum conatum et incomparabilium meritorum. Iura monasterii acriter et magnis impendiis propugnavit revocavitque, remfamilias variis hinc inde requisitis bonis adauxit, conventum ex toto, et ex parte anteriorem domum abbatialem, opere sane eleganti, a fundamentis extruxit [1663], bibliothecam lectissimis libris ditavit, ecclesiam sedilibus, ac pavimentam eiusdem quadrato lapide secto ornavit, sacra lipsana tum ligneis affabre elaboratis, tum argenteis thecis inclusit, fratrum numerum in

---

1) Während der Regierung des Abtes Sybenius litt sowohl die Abtei als die Stadt und Umgegend sehr unter den Stürmen des 30jährigen Krieges. Hierüber berichtet der Prior Bischoffs in seinen beiden Briefen an den Abt. Letzterer schreibt in seinem Testament: „Inngleichen ist Unsere Mühl zwischen der Ecker pforthen bei der Belägerung verbrunnen; Item von den Heßen der Charmans Hoff in brandt gezundt vndt der Kaulen Hoff auff der Hardt durch Unglück zur aschen worden, welche Hoff vndt Mühle ich außten grundt neben der verbrandter Knoren mühlen, Schewren vndt Stallung erbawet.“ (Eckerß und Röver, S. 232.)

tantum auxit, ut in solo monasterio praeter fratres, clericos et laicos triginta sacerdotes aleret.

Primo sui regiminis anno patres Capucinos ad hoc oppidum admisit primumque lapidem exstruendae eorum ecclesiae ritu pontificali 1660, in festo sancti Josephi, posuit, quam rev. dominus Joannes Henricus Anethanus, episcopus suffraganeus Coloniensis 1681, 18. Martii in honorem sancti Josephi consecravit. <sup>1)</sup>

Hic item eodem anno sui regiminis villam im Waldbausen, seu Charmans, sitam am Maypesh, tempore belli solo aequatum, in loco ubi nunc est commodiori, de novo exstruxit.

Deputavit abbas quatuor ex conventu videlicet priorem, magistrum, pastorem et lectorem examinatores eorum, qui curae animarum forent praeficiendi.

Im Jahre 1664 wurde zwischen dem Churfürsten zu Köln May Heinrich, und dem Abten Bruno und Convent zu Gladbach, wegen seines Gotteshausß von vorigen verderblichen Kriegszeiten unter Churfürst Ferdinand aus den beiden Mühlen zu Dedt und Mühlhausen rückständigen Pachts ad 493 $\frac{1}{2}$  Malder Roggen und 112 Rthlr. verglichen, daß seine Durchlaucht sich verbindlich mache, dem Abten 300 Malder Roggen in vier nacheinander folgenden Jahren, als jedes Jahr 75 Malder neben dem laufenden Pacht, immediate aus berührten Mühlen oder Kempischer Kellerei Gefällen zu entrichten, durch Dienstfuhren der Aemtern Kempen und Dedt nach Gladbach zu liefern und solches die künftige Jahren also zu continuiren. Dagegen er Abt dem Churfürsten zu Ehren (circa tamen consequentiam) die übrige 193 $\frac{1}{2}$  Malder Roggen und die 112 Rthlr. fallen und schwinden läßt. Und ist der Kellner zu

---

<sup>1)</sup> Von dem Kapuzinerkloster ist der Haupttheil, die jetzige Wohnung des ersten evangelischen Pfarrers, noch erhalten. Die Kirche wurde nach der Aufhebung abgebrochen, das Terrain der katholischen und der evangelischen Gemeinde zu kirchlichen und Schulzwecken überwiesen. Der Personalbestand zählte im Jahre 1797 16 Patres und 5 Laienbrüder.

Kempen Johann Heußges beauftragt worden diesen Vertrag buchstäblich nachzufolgen.

Im Jahre 1671, den 15. Juni, hat Abt Bruno von Herrn Caspar de Weedt und Margaretha Helena de Weedt, geb. von Quaadts Eheleuten, ihre an dem im hiesigen Amt gelegenen Uffelhöfer Hof und allen dessen appertinentien habende nützliche Lehngerechtigkeit gegen 4600 Rthlr. sammt verschiedenen Pensionen, welche Cedenten von der Abtei lehnbar aufgenommen hatten und derselben schuldig waren, verkauft und das dominium utile eum directo consolidirt. Bruno Charmans, Abt. Caspar von Weedt, Wilhelm Holthausen, Lehnstatthalter. M. G. von Weedt, geb. Quaadts. Heinrich Jakobs, Lehnscassen. Hermann Lemmen, Lehnscassen.

Im Jahre 1675 darnach Philipp, Herzog von Croy etc., Freiherr zu Wilendonk und seine Gemahlin Katharina Elisabeth, Herzogin von Croy, geborene Gräfinn von Bronkhorst zu Anholt, dem Abten Bruno und dem Convent zu Gladbach, eine sichere summe Geld und Pensionen schuldig und bei dermaligen Kriegzeiten solche Schuld aus ihren jährlichen Gefällen zu erzwingen und zu bezalen unvermögend waren, so haben Sie demselben ihren Pfandbrief der Stadt und Vest Reens, welchen weyland Ferdinand, Churfürst zu Köln den 6. Mai 1630 gegen Erlegung von 12000 Rthlr. dem hochgeborenen Herrn Grafen Johann Jacob von Bronkhorst, Herrn zu Anholt etc. ihrem geliebten resp. Herrn Vatern und Schönvattern Sel. And. gegeben hatte, mit allen denselben Clausulen cedirt und übertragen und soll, wenn die wirkliche Einräumung der Stadt und Vest Reens, nach allem Inhalt des Hauptbriefs geschehen ist, was nach Abzug seiner, Abtens, an ihnen habenden praetension, liquidatione praevia, von denen 12000 Rthlr. ermangelt, in guter validirter Reichsmünze in einer ungetheilten summe ihnen entrichtet werden. Schließlich vorbehaltende für Sich und ihre Erben als solchen Brief und Pfandrecht gegen Erlegung der 12000 Rthlr., wenn es Ihnen oder ihren Erben gefällig, zu redimiren.

Dieser Pfandbrief ist im Jahr 1694 von seiten hiesiger Abtei an die Abtei Ronnersdorf gegen Erlegung von 10000 Rthlr. übertragen worden.

Anno 1676 in hoc monasterio instituta fuit visitatio per abbatem ad sanctum Pantaleonem, unionis praesidem et abbatem Lacensem, contra quam Bruno abbas tanquam minus legalem cum exciperet ac ideirco ad ordinarium appellasset in grave ordinis praeiudicium, gravissimi hinc inde orti sunt motus, qui tamen paulo post in capitulo Corbeiae 1678 servato, compositi sunt.

Anno 1678, mense Septembri, ac potissimum Octobri furor belli gallici horrende saeviit in patria iuliacensi, omniaque ferro et flamma vastavit.

Eodem anno, 5. Novembris, gallicarum copiarum generalis de Jourdy cum suo comitatu et ultra 40 equos in hac abbazia hybernare coepit, duraverunt haec hyberna usque ad 28. Aprilis 1679, debuit abbazia omnia ipsi subministrare, et expensae factae se ultra 6000 imperiales extenderunt. Caeterum monasterium nullas a famulis passum molestias, quinimmo id commodi habuit, quod cum rustici bona abbatae libera ad solutionem contributionum pertrahere vellent, (prout in diversis satra-piis via facti rustici fecerant), id dictus generalis non permisit.

### XLI. **Ambrosius Steingens,** in reformatione XI.

Anno 1680, 14. Novembris ex priore in Königsdorf electus abbas, confirmatus 14. Decembris, et 18. Martii 1681 dominica Lactare a rev. dom. Henrico Anethano, suffraganeo Coloniensi, assistentibus sancti Martini et Brauweilerensi abbatibus in nostra ecclesia benedictus, anno 1685, in capitulo annali Werdenae 13. Maii celebrato, electus in praesidem congregationis Bursfeldensis. Obiit 1703, 24. Novembris, sepultus ante altare sanctae Scholasticae.

1682 praesertim in Septembri adventantibus undique e remotioribus locis peregrinis, spiritualia remedia contra grassantem animalium pestem per patrocinium sancti Viti postulanti- bus, oblati sunt in sola pecunia ultra 500 imperiales, qui renovationi ecclesiae impensi sunt.

1683 renovata est ecclesia monasterialis, cuius renovationis occasione destructum est antiquum odeum seu toxale, chorum a navi ecclesiae separans, opere firmissimo et eleganti aedificatum, cui super exstructum erat altare sanctae Crucis, ad quod fideles devotionis causa pro infirmis et agonizantibus quotidie ascendebant, ex quo loco olim populo ostendebantur reliquiae sanctorum, — 1686 exstructa a lateribus chori altaria sancti Benedicti et sanctae Scholasticae, [1691 suggestum,] 1696 summum altare, — et 16. organum.

Eodem anno 1683 ordinavit abbas, ut feriis V. servetur summum sacrum cum expositione Sanctissimi, pro labore habeant fratres in refectorio dictis diebus assa.

Eodem anno 3. Januarii calvinistae in loco ipsis nuper a commissariis principis Juliae pro exstruendo templo et schola assignato extra oppidum, e regione novi coemeterii, exercitium suae religionis per sermonem et cantum servaverunt, concurrentibus ad hunc actum undique e vicinioribus locis calvinistis, contradictione et protestatione solemniter facta ex parte monasterii, cui ratione notorii iuris fundi dominii plurimum praeiudicabatur.

1684 ecclesia protestantium completa, supra turrim ecclesiae tamen debuerunt erigere crucem. — Acquisivit abbas a L. B. Damiano Hugone de Virmont 30 iurnales, dictos die Herzige Länderei, olim pertinentes ad feudum Uckelhoverhoff,

1684, 9. Julii, a Sibilla Hamrads, vidua Henrici Nacateni ihren im Hardterbroich gelegenen Gieleshoff (modo die Hamradtsbleich) erga 700 Rthlr. emit et dominium utile cum directo consolidavit.

1686, 28. Junii ad instantiam abbatis iussu et autoritate

principis Juliacensis deicitur ber Wigalgh, quem consules huiates, praefecto adstipulante, ante aliquot annos in foro, in praeiudicium iurisdictionis abbatiae erigere praesumpserant.

1693, 19. Septembris ab Reginaldo episcopo Ruremundano et capitulo cathedrali, collegium Ruremundense, situm Coloniae inter collegium Kronenburſch et aulam Sigbergensem, cuius pars anterior infelici incendio consumpta 1690, 2. Aprilis fuit, erga summam 1200 pattaconum monetae Geldriensis monasterio acquisivit.

#### XLII. **Petrus Knor**, in reformatione XII.

Ex priore in Königsdorf anno 1703, 14. Decembris electus, confirmatus 1704 et benedictus 30. Maii, a rev. dom. Joanne Wernero de Veider, suffraganeo Coloniensi, obiit 1725, 17. Februarii, sepultus retro sepulcrum Aegidii a Bocholtz.

Electus aetatis anno 32., fuit hic praesul ob eximias, quibus a Deo ditatus erat, dotes ac qualitates, non tantum abbatiali dignitate, verum etiam longiori in eadem regimine dignissimus. Eius in omni scientiarum genere versatissimi habilitatem in agendis ac prudentiam in consiliis, merito venerabantur omnes, revera vir „potens in opere et sermone“. Insuper in sua nunquam satis laudanda conversatione adiungebat profundae doctrinae tanta cum humanissima affabilitate amabilitatem, ut non solum omnes omnium suorum animos, verum etiam magnorum principum corda suavissime vinciens, magnam sui sibi ipsi conciliaverit aestimationem.

Sub serenissimo electore palatino Joanne Wilhelmo Dusseldorpii pro animabus defunctorum principum, inter quos imperator Leopoldus, rex Portugaliae Petrus, electrix vidua Isabella Amalia, imperator Josephus etc., ipsemet vel pontificaliter solemnissimas exequias celebrans, vel illustrissimo episcopo assistens, pretiosissimis in auro et argento honorariis ab alfato serenissimo est honoratus magnoque apud eundem in pretio habitus.

Serenissimum ordinis teutonici magistrum, electorem Tre-virensensem, postea Moguntinum, hospitio excepit <sup>1)</sup>

Reliquias sanctorum, inter quas caput sancti Laurentii, caput sanctae Christinae, brachium sancti Wolphelmi, brachium sancti Stephani P. M., brachium sancti Viti argenteis thecis, ornatu prorsus pretiosissimo, inclusit.

Domum abbatialem maxima ex parte funditus de novo crexit. Archivium abbatiale in ordinem optimum ipsemet redegit. 1705 monasterio acquisivit domum Dücker prope Udam, pro pretio 6000 Imperialium [ab Everardo, Barone de Dankelmann, nec non curtem Weyers prope Udam].

[1711, den 25. November verkaufte Maria Dorothea, verwittwete Fürstin von Dietrichstein der Abtei die Grautgerechtigkeit zu Bierßen, einem Pachtzins von 6 Paar Früchten, halb Roggen, halb Hafer, 180 Hühner u. s. w.]

[1711 den 13. Dezember schenkte dieselbe Fürstin dem Abte Petrus Knor und dessen Gotteshaus „alle ihre unter der pfahr zu Bierßen habende Recht und Gerechtigkeit, Jurisdiktion, sambt allen Leibgewin, gewerfft und versterfft mit ungefehr sechsßigh Hühner, Zinsen und Frohndiensten, Pacht und beßgleichß“, und zwar in Anerkennung der in seiner Abtei herrschenden guten und landkun-digen Disciplin.]

[1715 wird das ganz freie Haus Delmühl auf der Dülkener Netten nebst Zubehör dem Abt von Georg Bruck pfandweise für 6200 Thlr. übertragen.]

---

<sup>1)</sup> Hierauf bezieht sich folgende Notiz des Vogtes Orth in dem Stadt-Rechenbuch: „1714. Infolge hiebey Kommender attestation des Küchen-Meisterei Gerhauser habe aus Befehl des Ober-Cammerer Freiherrn von Diamantstein Bey hoher anwesenheit Sr. Dchlt. des Herrn Hoch und Teutschen Meisterei unter allhießigen Praelaten Domestiquen 4 pistolen ahn Tringelt aufgeben, auch dann in gewehr gestandenem Amts Buterthanen 15 Ahmen Bier, Jede zu drei thlr. anschaffen und nicht winiger laut scheinen denen Schützen 30 pfundt pulver außgegeben, und dafür 9 rthlr. zahlen müssen, welche 3 pistolen den allhier guädigst befohlener maßen in außgaab bringe mit rthlr. 73, 40 alb.“ (Roever, Nachträge, S. 52.)

[1727 wird der Rechtsstreit zwischen der Abtei und der Stadt Dülken betreffs Herstellung der von einer Feuersbrunst betroffenen dortigen Kirche dahin beigelegt, daß der Abt Servatius es auf sich nahm, das Kirchenschiff zu repariren und den verbrannten Kirchturm aufzubauen.]

### **XLIII. Servatius van den Berg,**

in reformatione XIII.

Ex pastore Hardtensi anno 1725, 28. Februari electus, mense Martio confirmatus et 8. Aprilis a rev. dom. Casparo episcopo Rodiopolitano, suffraganeo Coloniensi, assistentibus abbatibus Michaelae Rütges Tuitiensi et Edmundo Schmitz Brauweilerensi, in nostra ecclesia benedictus, anno 1728, 5. Septembris electus est praesul congregationis Bursfeldensis. Obiit 1750 in die Pentecostes, 17. Maii, aetatis 76., professionis 57., sacerdotii 51., regiminis 25.

Sepultus in capella fontis, prope baptisterium.

Hic absolutis Coloniae studiis, constitutus est h. l. lector theologiae et postea pastor in Hardt, quo pastoralis munere optime functus, erecta funditus nova aede pastorali, anno 1721 omnium votis creatus abbas, ecclesiam abbatialem interius decoravit, locatis ad quamlibet columnam sanctorum ordinis nostri statuis, pretiosissimis paramentis et argenteo antipendio ditavit, turrim quoque maiorem ecclesiae renovavit, exstructa desuper pulcherrima nova tecti fabrica.

### **XLIV. Ambrosius Specht,**

in reformatione XIV.

Anno 1750, 25. Maii ex praeposito Bocholtano electus, confirmatus, et Coloniae 2. Augusti a rev. dom. Casparo de Franken-Sierstorff, suffraganeo Coloniensi assistentibus abbatibus Francisco Spix ad sanctum Martinum et Leonardo Jansen, Knechtstetzensi benedictus, obiit 1772, 26. Julii aetatis 69., pro-



fessionis 50., sacerdotii 46., regiminis 22., sepultus in capella fontis sub altaris suppedaneo.

Absolutis Romae studiis, primo constitutus lector, deinde praepositus in Bocholtz, abbas bibliothecam monasterii selectissimis libris insigniter auxit. Domum abbatialem splendidissime regaliterque exornavit. Brochmühle a fundamentis firmissimo opere aedificavit. Decimam dictam Kener-Zehnt, Kempenae acquisivit. In usus fratrum maximis sumtibus protendit nimis augustum abbatiae ambitum per acquisitionem loci, dicti „die Hagh“. [1763 erwirbt der Abt für 5000 Thlr. den der Abtei bereits lehnbaren Brennpfer Hof zu Sedt von Bernard Bertram von Franken.] Nemus nostrum der Kammerbusch, a circumvicaneis pene excisum, ex integro eradicari, non absque maxima difficultate et contradictione rusticopum in Hayn, Forst et Beltinghofen, et locum in culturam agrorum converti fecit. <sup>1)</sup>

#### XLV. Lambertus Raves,

in reformatione XV.

Anno 1772, 13. Augusti ex pastore s. Antoniacensi electus, praesidente electioni Aemiliano Behren abbate Tuitiensi, confirmatus et 26. Octobris a rev. et excellentissimo domino Carolo Aloysio comite de Königsegg-Aulendorf, episcopo Myrensi, assistantibus abbatibus Aemiliano Behren Tuitiensi et Amando Herriger, Brauweilerensi, in nostra ecclesia benedictus

Obiit 1799, 24. Junii, dierum meritorumque locuples, anno aetatis 86., professionis 67., sacerdotii 63., regiminis 27. Sepultus ante aram divi Stephani.

Vir mitissimus, sibi parcus, suis tamen omnia necessaria abundanter subministravit, oeconomiae studiosissimus, in vindicandis iuribus abbatiae tenacissimus, in agendis et consiliis dandis maxime circumspectus. Molendinum in der Fließ,

---

<sup>1)</sup> Siehe hierüber „Ederß und Röver“, pag. 67.

villam abbatis, villam Uckelhofer pene collapsas, a fundamentis de novo erexit, villas Kuhlen, Engels, Hermges, Knornmühle maxima ex parte reparavit renovavitque, villam Norf reacquisivit et dominium utile huius feudi cum directo consolidavit et praeter domum ab incendio liberatam, ex toto reaedificavit.

Ordinavit, ut matutinae laudes, quae media nocte olim servabantur, in posterum hora sexta servarentur, excepta nocte nativitatis et resurrectionis Domini. Organum a latere chori pendens, ad campanile maius magnis sumtibus transferri et renovari fecit, posuit suis duobus ultimis antecessoribus cuilibet marmoreum monumentum, et in crypta divae matri novum altare marmoreum erexit.

**XLVI. Maurus Ahn,**  
in reformatione XVI.

Anno 1799, 1. Julii ex pastore Hardtensi electus, praesente electioni Hermanno Josepho Braun, abbate sancti Pantaleonis, confirmatus 3. Augusti et 4. Coloniae a rev. domino Clemente Augusto Maria de Merle, episcopo Bethsaidensi, assistentibus Melchiore Syberti, abbate sancti Martini et Hermanno Josepho Braun sancti Pantaleonis, in eius sacello domestico benedictus. Sub quo ob suppressionem huius monasterii professi nulli.

1802, 18. Aprilis Parisiis publicatum fuit concordatum inter Pium VII. P. M. et primum gallicae reipublicae consulem Bonaparte. 16. Maii idem cum organicis articulis hic promulgatum.

Eodem anno, 30. Maii, suppressio huius monasterii, quod iam per 1007 annos steterat, et omnium aliorum institutorum, tam ecclesiasticorum, quam regularium in Germaniae terris, a Gallia occupatis et cum eadem unitis, Parisiis decisa.

4. Julii haec suppressio nobis insinuata per Fridericum van der Leyen, maire vel burgimagistrum Creveldensem.

25. Julii installatus Aquisgrani primus episcopus Aquisgranensis, Marcus Antonius Berdolet.

5. Augusti, regiminis commissarius Fassier cum dominalium receptore in Viersen, Lefort, susceperunt in se administrationem bonorum et proventuum abbatiae.

25. Augusti, ad instantiam, episcopi translatae fuerunt ex ecclesia abbatiali et Capucinatorum ss. reliquiae ad ecclesiam parochialem.

Clausa quoque ecclesia abbatialis et Capucinatorum, illa vero ad instantiam parochianorum iterato aperta et anno 1804 per decretum organisationis dioecesis Aquisgranensis ecclesiae parochiali annexa.

11. Octobris patriam domum lacrimantes reliquimus, et 19. Octobris ab invicem divisi sumus, sicut in diebus confusionis babilonicae.

1804, 31. Decembris, Aquisgrani aedificium abbatiale venditum fuit pro 12000 francs.

---

## Notamina.

---

1801.

25. Novembris obiit in domo pastorali admodum rev. dom. Coelestinus Bergmann pastor huius loci, laboribus pastoralibus et senio confectus, aetatis 80., professionis religiosae 61., curae pastoralis 33., sepultus a rev. abbate Mauro Ahn in ecclesia abbatiali ante aram s. Laurentii R. J. P.

8. Decembris a rev. dom. abbate meo nominatus sum ad pastoratum Gladbacensem ego Gerardus Franciscus Gangolphus, nomine professionis Cornelius Kirehrath prior abbatialis.

17. Decembris per rev. abbatem immissus sum hora 3. vespertina in realem possessionem cum omni solemnitate, post quem actum venerabilem conventum, clerum parochialis eccle-

siae, veterem et novum magistratum in refectorio, cives apud dom. Joannem Lambertz, iuvenes apud Schlungs regaliter excepi, exhilaratis civibus altera die usque ad horam 7. matutinam, expensae factae 250 imperiales Dhaleri.

## 1802.

18. Aprilis. In die paschatis Lutetiae Parisiorum solemniter promulgatum concordatum gallicum, quod priori anno inter summum pontificem Pium VII. et primum Galliae reipublicae consulem Bonaparte conditum fuerat.

16. Maii sub concione parochiali incendium in *Hoven*, combustae aedes cum appertinentiis *Hovels*, *Wackertapp* et *Lappessen*.

30. Maii. Sors suppressionis omnium ecclesiasticorum ordinum decisa Lutetiae.

13. Junii. Concordatum gallicum hic solemnissime promulgatum, celebrata per rev. abbatem missa pontificali in ecclesia parochiali.

. . . Junii suppressio omnium ecclesiasticorum collegiorum etc Lutetiae publicata.

4. Julii. Fridericus van der Leyen, maire Creveldensis, vir humanissimus, in huius abbatia publicavit decretum suppressionis.

9. Julii per iudicem pacis *Lichtschlag* in ecclesia parochiali consignata archivia, et suppellex ecclesiae inventarisata.

25. Julii installatus *Aquisgrani* episcopus dioecesis *Aquisgranensis* *Marcus Antonius Berdolet*.

5. Augusti advenit regiminis commissarius *Fassier* cum receptore dominalium in *Viersen Le fort*, qui in se suscipiebant administrationem bonorum abbatialium. Ab hac die cessavit omnis administratio per religiosos monasterii per 1007 annos habita.

25. Augusti translatae reliquiae ex ecclesiis abbatiali et *Capucinorum* ad ecclesiam parochialem.

27. Augusti profectus Aquisgranum in comitatu Joannis Pauen, maire in der Obergebürth, Joanne Endepool et secretario Klauberg ad episcopum pro obtinenda ecclesia abbatiali, quae et concessa.

11. Octobris religiosi abbatiae patriam domum lacrymantes reliquerunt.

19. Octobris ab invicem divisi, ut in diebus babylonicae confusionis.

### 1803.

In fine prioris et initio huius anni agebatur de circumscriptione novorum limitum parochiarum.

13. Maii. 23. Floreal an. XI. nominatus a primo consule Bonaparte parochus cantonis Nersensis, parochiae secundae classis.

22. Junii omnes pastores cantonales Aquisgrani in ecclesia cathedrali praestiterunt iuramentum fidelitatis in concordato Art. 6 praescriptum coram dom. praefecto Mechin. Solemnitas erat regia.

5. Julii per rev. dom. Wilhelmum Cremer, pastorem in Süchtelen, quondam christianitatis Suchtelensis decanum in realem possessionem pastoratus immissus.

### 1804.

5. Maii. Decretum organisationis ecclesiarum parochialium et succursalium de 1. Martii 1804 advenit, altera die ex ambone publicatum.

8. Maii. Domini pastores succursalium in ecclesia parochiali praestiterunt iuramentum fidelitatis coram Joanne Lambertz, mairio huius loci, qua commissario ad hunc actum deputato.

Ab 11. Mai usque ad 18. huius alternatim novos pastores introduxi, nihil volui admittere pro meis iuribus, nec admisi.

17. Mai introduxi novum pastorem in novam parochiam Neuwerk. Hac die pars magna separata a parochia Gladbacensi.

Ab hoc pastore, qua novo, exegi et admisi consueta iura pro introductione.

Mense Maio ex collectis parochianorum comparata duo nova vexilla processionalia, constabant 62 imperialibus Dhaleris.

18. Mai. Napoleon Bonaparte per senatus consultum proclamatus imperator Gallorum.

Dominica 5. post Pascha am Hagelfeier, instituta primo iterum processio solemnissima, quae iam per 5 annos ob inhibitionem regiminis gallici non fuit servata. Huic processioni interfuere plus quam 4000 parochiani. Haec erat prima processio, quae fuit instituta ex ecclesia parochiali, habita quoque processio in festo Trinitatis et in festo corporis Christi. Haec ultima fuit instituta per forum exeuntes portam fori, per vallem Capucinatorum, intrantes per portam Judaeorum, per plateam novam et revertentes per forum ad ecclesiam.

Mense Junio. Nocte 5. Junii in 6., furto effractorio ablata ex ecclesia parochiali pretiosissima monstrantia cum 5 numismatibus, quorum duo aurea erant et duo ciboria argentea deaurata, sparsis super altare sacris speciebus, damnum aestimatum ultra 800 Imperiales. Fures huc usque non fuerunt detecti.

24. Junii in huiate ecclesia parochiali coram dom. Joanne Lambertz mairio omnes administratores subalterni republicae Gallicae in cantone Nersen praestiterunt iuramentum fidelitatis Neo-Imperatori. Solemnitas cum solemnibus sacris et hymno Ambrosiano finita.

2. Decembris. Summus Pontifex Pius VII. coronavit Lutetiae primum Gallorum Imperatorem Napoleonem et Imperatricem Josephinam. Hac die in omnibus ecclesiis territorii gallici publicae et solennes indictae preces

31. Decembris. Aquisgrani vendita abbatia Gladbacensis (salvis in alio folio clausulis) et empta a fabricatore Jacobo Paules erga 12,000 Francs.

## 1805.

1. Martii coepit Jubilaeum duravitque usque ad 30. huius.

22. Martii. Maximi tumultus fabricantium Jacobi Paules, emptoris huius abbatae, qui obsistebant ne fenestrae, quarum prospectus erat in ecclesia clauderentur. <sup>1)</sup>

23. Martii. Novi horum novorum hominum tumultus, effregerunt hac die portam maiorem pastoratus, quae ducit ad hortum.

---

Exceptions dans la vente de l'abbaye de Gladbach, faite le 31. Décembre 1804 à Aix la chapelle:

Ne font point objet de la vente de l'abbaye de Gladbach les objets ci après, savoir:

1. Le chemin Nro. 3 du plan joint au procès verbal d'estimation, qui conduit à la maison dite du curé.

2. La dite maison Nro. 4.

3. Le jardin y attenant Nro. 5. <sup>2)</sup>

4. L'église de l'abbaye Nro. 8.

5. L'école Nro. 9. <sup>3)</sup>

6. La place, qui conduit à la dite église. Nro. 11.

Et enfin l'église paroissiale Nro. 14, qui l'expert a mal à propos compris dans le procès verbal. Le surplus de l'abbaye

---

<sup>1)</sup> Unter dem Abte Charmanz war ein Flügel der Klostergebäude über dem nördlichen Seitenschiffe der Münsterkirche errichtet worden. Ein Fenster dieser Gebäulichkeiten öffnete sich nach der Kirche zu. Von hier aus störten die von außen eingewanderten Fabrikarbeiter des Ankäufers der Klostergebäude wiederholt, in empörender Weise, den Gottesdienst, weshalb auf Klage des Kirchenvorstandes das betreffende Fenster vermauert wurde.

<sup>2)</sup> Der damalige Pfarrgarten lag dort, wo nunmehr die Wohnungen der Kapläne sich befinden.

<sup>3)</sup> Gemeint ist die s. g. alte Studentenschule, welche an der Südseite des Thurmes lag. Ihr Raum wurde bei der jüngsten Restauration zur Kirche gezogen.

sera vendu, même le bâtiment dit la tuerie, <sup>1)</sup> non rapellé dans le procès verbal d'estimation.

---

Anno 1816, 19., 20., 23. et 24. Decembris reverendissimus ac illustrissimus Dominus D. Caspar Maximilianus, episcopus Jericensis, suffraganeus Monasteriensis, L. B. Droste de Vischering administravit in hac ecclesia sacramentum confirmationis 22,707 Chrsi fidelibus. Insuper habuit ordinationem 22. Decembris et promovit ex seminario Leodiensi ad ordinem subdiaconatus 16, diaconatus 6, presbyteratus 10. <sup>2)</sup>

---

### Series priorum Gladbachensium.

Fridericus c. ann. 1205.

Andreas c. 1210.

Hermannus c. 1231.

Henricus c. 1243.

Goswinus c. 1315.

Wilhelmus de Oranien c. 1333, electus abbas.

Giselbertus de Wels, electus abbas.

Sibertus de Beeke obiit 1417.

Theodorus Hüls, post pastor Dülkensis.

Petrus de Kettenis, obiit 1424.

Godefridus de Asselt ob. 1484.

Wilhelmus Rouver de Wevelinghoven c. 1449, elect. abbas.

Wernerus Rouver de Wevelinghoven c. 1490.

Joannes de Broikhausen c. 1500.

---

<sup>1)</sup> Unter der tuerie ist das Schlachthaus der Abtei zu verstehen, welches sich an der Stelle des dem Haupteingang der Abtei schräg gegenüber liegenden Wirthshauses befand.

<sup>2)</sup> Die vorstehende Notiz bezieht sich auf die Pfarrkirche.



- Joannes de Antwerpia c. 1511.  
Reinerus de Ruremunda ob. 1555.  
Joannes Faber ob. 1569.  
Matthias Meer expost prior in Königsdorf.  
Joannes Weltz, expost pastor Gladbacensis.  
Reinerus Bex expost pastor Kempensis.  
Theodorus Hülser electus abbas.  
Fridericus Placopaëus c. 1591, expost pastor in Vorst.  
Stephanus Kruchtanus expost praepositus in Bocholtz.  
Hilgerus Vitenius expost Carthusianus.  
Joannes Titz c. 1609.  
Hermannus Hülsen ob. 1615.  
Fridericus Bocholtz expost pastor Gladbacensis.  
Bartholomaeus Kempis c. 1624.  
Laurentius Seecklerus ob. 1635.  
Simon Stolsberg c. 1636.  
Henricus Keller c. 1640.  
Matthias Pons expost pastor Dülkensis.  
Gerardus Gumpertz expost pastor ad st. Anton.  
Bruno Charmans, electus abbas.  
Conradus Neigenius expost pastor Gladbacensis.  
Anselmus Tergaten ob. 1679.  
Bonifacius Steinwartz expost pastor Gladbacensis.  
Alexander Cann expost praepositus in Bocholtz.  
Odo Illem.  
Jacobus Meyfisch, expost pastor in Hardt.  
Laurentius Schröders expost pastor in Oedt.  
Lucas Menghius expost pastor Gladbacensis.  
Benedictus Lahaye expost pastor Dülkensis.  
Ignatius Kölges expost pastor Dülkensis.  
Josephus Herringen expost pastor Kempensis.  
Matthaeus Engels.  
Eugenius Heussen.  
Augustinus Lenaiff expost prior Kempensis.

Fridericus Blum ex post pastor in Oedt.  
Coelestinus Bergmann ex post pastor Gladbacensis.  
Odo Kalker ex post cellerarius in Bocholtz.  
Bernardus Contzen ex post pastor Kempensis.  
Amandus Schiefer ex post prior Kempensis.  
Laurentius Hall ex post pastor ad s. Anton.  
Maurus Ahn, electus abbas.  
Cornelius Kirchrath ex post pastor Gladbacensis.

---

### Series advocatorum abbatiae.

#### 1. Ex comitibus de Kessel:

Henricus c. 1141—1200.  
Wilhelmus c. 1243.  
Henricus c. 1274.  
Walramus ob. c. 1323.

#### 2. Ex comitibus et ducibus Juliae:

Gerhardus VI. 1297—1328.  
Wilhelmus V. (I.) 1328—1361.  
Wilhelmus II. 1361—1393.  
Reinholdus III. 1402—1423, (qui fuit pater Wilhelmi abbat-  
tis XXVIII.)

Et ceteri duces Juliae.

---

### Series praetorum Gladebacensium.

Goddert van Rove c. 1414.  
Wilhelmus von Nesselrade, Herr zu Reyde c. 1491.  
Wernerus von Hochsteden c. 1511.  
Godhardt von Schwarzenberg c. 1577.  
Joannes von Ossenbroich.  
Joannes Wilhelmus von Efferen, dictus Hale c. 1612, fuit aca-  
tholicae religionis et depositus.

Bernardus von Vellbrück c. 1640.

Otto von Vellbrück c. 1645.

Hermannus von Hochsteden c. 1655.

Comes de Schellart c. 1686.

Wilhelmus von Bernsau c. 1696.

von Hatzfeld.

Carolus von Ritz ab Etgendorf 1736—1794, quo obiit, sincerus huius abbatiae amicus et fautor. Fridericus, eius filius, praesidens regimini Julio-Montensi, successit 1794.

---

## Series veterum hominum ministerialium ecclesiae theodaliae, lemannorum et scabinorum abbatiae.

Circa annum **1170.**

Godescalcus de foro. Godescalcus Saldo. Hermannus de Damme. Rabodo de Ude. Pelegrinus de Saltu. Conradus de Bechausen et frater eius Godescalcus. Helwicus de Niderhoven. Adelhardus villicus etc.

**1170.**

Gerhardus advocatus de Colonia et frater eius Hermannus. Pelegrinus de Kempene. Arnoldus de Solyngen. Godescalcus Saldo. Helwicus de Niderhoven. Retherus de Bechusen et filii eius Buthrolphus et Godescalcus. Everwinus de Halterbruc etc.

**1183.**

Alardus de Thuskenbruch. Hermannus de Damme. Heribertus Brunigh. Erlevinus de Niderhoven. Emmo villicus. Godescalcus de cimiterio. Sigfridus de Bechausen. Rudolphus de Seihirt. Solewinus de Herden. Giselbertus de Silva. Cono de Breidenbusch. Giselbertus de Waldhausen. Sigfridus de Halterbruc. Lambertus. Theodoricus. Conradus. Rudolphus, scabini.

**1231.**

Alardus de Tuschenbruch. Bruno de Dahlen advocatus. Godefridus de Overkenne. Joannes villicus. Conradus de Bechausen. Reinerus advocatus. Conradus de Alrode. Walterus de Niderhoven. Joannes de Halterbruc. Hermannus de Damme. Alardus de Alst. Godescalcus de foresto. Rudolphus de Strata etc.

**1243.**

Anselmus, Henricus, Hermannus, Conradus, Walterus, Hermannus, Conradus scabini etc. Hi nondum utebantur sigillo scabinorum.

**1247.**

Conradus miles de Bechausen et frater eius Tillmannus et Ingraminus. Thomas villicus. Hermannus de foresto. Conradus de Venne. Anselmus de Winkel scabini.

**1281.**

Henricus. Conradus. Henricus. Godescalcus. Conradus. Godescalcus. Matthias, septem scabini.

**1303.**

Joannes de Elsen. Hermannus de Waldhausen. Hermannus de Hatmeryde. Godescalcus de Dam. Conradus de Bettenrode. Conradus de Lohausen. Leoninus de Alst. Hi vocantur scabini de Gladbach et domini Walrami de Bruegghen, ac primo usi sigillo.

**1307.**

Conradus et Kunikinus de Bettenrode. Leoninus de Alst. Wolter de Wilhoit. Joannes Cerdo de Venne. Cuno Lasen. Joannes Radermacher scabini.

**1312.**

Jacobus et Henricus de Londunc scabini. Reinardus de foresto. Henricus de Renmorter. Nicolaus de Damme. Caesarius de Hoven, feudales.

**1317.**

Cuno senior et iunior de Bettenrode. Joannes de Beltinghoven. Henricus Schuirmann. Petrus van de Holte. Hi vocantur feudales et scabini nostri.

**1340.**

Henricus advocatus de Nersa miles. Wilhelmus de Luttelforst. Wilhelmus ten Hoyve. Nicolaus de Waldhausen.

---

**Series pastorum Gladbachensium.**

Henricus h. l. professus, decanus et plebanus 1210.

Sigfridus pastor plebanus, clericus saecularis c. 1243—53.

Anno 1242 in die Valerii, Conradus archiepiscopus Coloniensis incorporavit huic monasterio ecclesiam parochialem in Gladebach cum omnibus suis attinentiis, cuius ius patronatus ad abbatem spectabat. Eodem anno archidiaconus Xantensis hanc incorporationem approbavit et Innocentius Papa IV. pontificatus sui anno secundo eandem Lugduni confirmavit.

Tillmannus h. l. professus c. 1261—1292.

Theodoricus de Kölghen clericus saecularis 1310.

Hoc anno exorta quaestione et lite super ecclesiam parochialem Gladbachensem inter abbatem et conventum ex una, et Theodoricum ex altera parte, transactum et sententia compromissoria definitiva compositum fuit: dicto Theodorico ipsam ecclesiam, utpote monasterio incorporatam, competere non posse, neque aliquid iuris in ea habere.

Christianus de Huckelhoven c. 1334.

Henricus de Troistorf ob. 1405.

Wilhelmus Rouver de Wewelinghoven ob. abbas.

Henricus de Spe c. 1424.

Sibertus de Beeke ob. 1471.

Henricus de Lovenburg c. 1492.

Joannes de Hochsteden ob. 1515.

- Theodoricus a Wachtendonk ob. 1550.  
Reinerus Bocholtz, postulatus abbas Corbeiensis.  
Alexander a Bocholtz, resignavit 1579, ob. 1582.  
Joannes Weltz ob. 1586.  
Martinus Brabach ob. 1614.  
Godefridus Kempensis, ex post pastor Kempensis.  
Fridericus Bocholtz ob. 1636.  
Matthias Pons ex post pastor Dülkensis.  
Sigismundus Huiskens, resignavit 1666, ob. 1683.  
Conradus Neigenius, quondam per districtum Corbeiensem vicarius generalis ob. 1687.  
Bonifacius Steinwartz ob. 1700.  
Bruno Lanio ob. 1717.  
Ambrosius Manten ob. 1718.  
Martinus Krantz ob. 1734.  
Lucas Menghius ob. 1769.  
Coelestinus Bergmann ob. 1801.  
Cornelius Kirchrath.  
Post organisationem diocesis Aquisgranensis 1804 factam, nominatus parochus cantonis Nersensis.

### **Series pastorum ecclesiae filialis in Hardt.**

- Herr Wit gene Borst, auf Hennekes Hof 1495 et 1511 presbyter saecularis.  
Joannes Neile 1556.  
Bartholomaeus de Boisheim c. 1578 presb. saec.  
Henricus in gen Oulbroich 1586.  
Christianus von Reid 1593, collatio baptismi adhuc Gladbaci.  
Gerardus an gen End.  
Henricus Goirmanns c. 1618, elect. abbas.  
Joannes Coffern 1619.  
Petrus Lindtmann c. 1620, presb. saec.

Fridericus Bocholtz, vicecuratus professor Gladbacensis c.  
1622—24.

Conradus Hüsgens 1629.

Ex professis Gladbacensibus:

Joannes Eschweiler, resignavit, ob. 1669.

Quirinus Hülsen ob. 1682.

Hieronymus Kleven ob. 1696.

Norbertus Dülcks ob. 1706.

Servatius van den Berg, electus abbas.

Dionysius Hoster ob. 1727.

Jacobus Meyfisch ob. 1743.

Ignatius Kölges ex post pastor Dülkensis.

Beda Aegidy ob. 1780.

Josephus Boosfeld ob. 1796.

Maurus Ahn elect. abbas.

Albertus Kruchen ob. 1806.

Nominati ab episcopo Aquisgranensi:

Henricus Josephus Braun ex minorita, resignavit.

Leonardus Schündeln, ex minorita.

---

### Series pastorum Udanorum.

Hermannus 1392.

Henricus Blotzenmacher.

Gerardus de Berle c. 1454.

Godefridus de Venraid 1492.

Godefridus de Aquisgrano c. 1505.

Wolfgang then Heuß 1511.

Jacobus ther Brueghen, vicecuratus 1525.

Urbanus Brassel de Virsen canonicus s. Andreae c. 1538.

Caspar ab Holthausen 1540.

Pilgrinus unter den Roeten c. 1560.

Hubertus Nomeander, locum tenens pastoris 1578.  
Henricus Goltzmans.  
Gerhardus Jansenius c. 1580.  
Bartholomaeus Teitelraedt c. 1589.  
Henricus Plateanus de Hüls 1596.  
Joannes tho Grund von Birfen 1597.  
Christianus Ronas c. 1604.  
Petrus Cluit, resign. in manus abbatis 1620.  
Petrus Holzappel 1620.

Ex professis Gladbacensibus:

Bartholomaeus Bruis ob. 1680.  
Maurus Hensen ob. 1701.  
Benedictus Moshoevel ob. 1724.  
Laurentius Schroeders resignavit.  
Casimirus Maus, resignavit 1732.  
Laurentius Schroeders secunda vice ob. 1767.  
Fridericus Blum ob. 1772.  
Franciscus Brandts ob. 1805.  
Joannes Mommen, ex post parochus Juliacensis.

Nominati ab episcopo Aquisgranensi:

Joannes Petrus Conradus Lucas, exfranciscanus.

---

### Series pastorum Weilerensium.

Ex professis Gladbacensibus:

Godefridus de Helpenstein c. 1261 et 1295.  
Theodoricus c. 1311 et 1334.

Anno 1320, 29. Maii Balduinus archiepiscopus Trevirensis ad supplicationem abbatis et conventus incorporavit cellae in Bocholtz parochialem ecclesiam in Weiler, cuius patronatus ad abbatem et conventum pertinebat, ita tamen quod abbas unam de conventu suo seu dictae cellae personam idoneam ad curam



animarum dictae ecclesiae recipiendam pro investito praesentet archidiacono loci illius.

Kürstgen vom Sintig, Mönich tho Gladbach, resign. 1395.

Petrus sacellanus c. 1447.

Quirinus de Kessel c. 1449.

Godefridus de Broichhausen c. 1510.

Antonius Zerichzee c. 1526.

Andreas de Kempis c. 1532.

Gerhardus a Wanlo ob. 1573.

Petrus Lindt ob. 1597.

Fridericus Placopaues expost Pastor in Vorst.

Stephanus Kruchtensis ob. 1623.

Joannes Hoesen ob. 1669.

Vitus Titzius c. 1670.

Ambrosius Steingens c. 1680, post pastor in Vorst.

Michael Breuers ob. 1708.

Basilius Keuter ob. 1716.

Theodorus Bramertz.

Sandrardus Butzenius.

Gregorius Kauffmans expost pastor in Vorst.

Sebastianus Berchen, resign. 1772.

Aemilianus Goirmans.

Edmundus Schmitz obiit prior in Neuwerk.

Martinus Mühlen.

Anselmus Nolten, expost pastor ad st. Anton.

Andreas Wachers, expost pastor in Vorst.

Albericus Heuskes.

---

### Series pastorum Dülkensium.

Anno 1352, 6. Martii Wilhelmus archiep. Colon. annexit et incorporavit de consensu capituli Metropol. et praepositi Xantensis qua Archidiaconi, huic monasterio ecclesiam parochia-

lem in Dülken, (cuius ius patronatus ad abbatem pertinebat), cum omnibus suis iuribus, decimis etc., olim per clericos saeculares regi solitam, nunc regendam per monachos dicti monasterii. Hanc incorporationem confirmavit Bonifacius Papa IX. Romae apud s. Petrum septimo pontificatus sui anno, eandemque confirmavit synodus Basileana anno 1438, 11. Kal. April.

Ex professiss Gladbacensibus:

- Engelbertus c. 1334 et 1366.  
Georgius de Linnich c. 1428.  
Georgius de Wels c. 1430.  
Theodorus Ducker ab Hüls c. 1437.  
Theodoricus de Nyenheim c. 1452.  
Wilhelmus a Bocholtz c. 1468 et 1478.  
Wernerus Rouver de Wevelinghoven c. 1492.  
Aegidius a Bocholtz electus abbas.  
Aegidius de Broichhausen c. 1505.  
Theodoricus Orsoy ob. 1561.  
Vitus Segeri ob. 1565.  
Wilhelmus Dart ob. 1570.  
Wolfgangus Ploenis ob. 1618.  
Joannes a Ryswich exposit abbas in Spanheim ob. 1526.  
Petrus Sybenius electus abbas.  
Edmundus Hermanni decanus Süchtelensis ob. 1653.  
Mathias Pons, decanus ob. 1663.  
Augustinus Lefebue, decanus ob. 1708.  
Coelestinus Knor, decanus ob. 1735.  
Benedictus Lahaye decanus ob. 1769.  
Ignatius Kölges, decanus ob. 1780.  
Vitus Bungs, parochus cantonalis ob. 1812.  
Joannes Math. Specker presb. sacc.

## Series pastorum Kempensium.

Asterisco notati sunt ex professis Gladbacensibus. Fridericus ab Hochsteden praep. Xantens. Archidiaconus, germanus frater Conradi archiep. Colon. c. 1200, — ita Wilmius in historia Kempensi.

\* Godefridus decanus Süchtelensis c. 1249 et 1319.

\* Henricus ab Odenkirchen c. 1320.

Hic eodem anno in possessione parochiae turbatus fuit per Rutgerum Replere et Joannem de Ude, vendicantes eandem Gerhardo de Curlo, provisionato, ut praeferebant, papali, sed literis contra eos comminatoriis Henrici de Virnenburg, archiep. Colon. Henricus manutentus.

Anno 1320 ab eodem archiepiscopo, consentiente capitulo metropol., parochialis ecclesia in Kempen, cuius ius patronatus ad abbatem spectabat, monasterio incorporata fuit, quae incorporatio 1323 ab archidiacono Xantensi approbata et a Bonifacio Papa IX. septimo pontific. sui anno confirmata fuit.

\* Henricus de Wilke c. 1334 et 1366.

\* Joannes de Brola c. 1371 et 1393.

\* Joannes de Lyskirchen c. 1398 et 1418.

Joannes de Syberg, canonicus ad st. Cassianum Bonnae et s. Andreae Coloniae, praepos. Susatensis, redivarius et secretarius archiep. Colon., cui Fridericus a Sarwerden archiep. Colon. anno 1402 contulit pastoratum Kempensem vigore indulti apostolici, quo hac vice in singulis ecclesiis collegiatis suae dioecesis duos canonicatus, nec non quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum vel sine cura, consueto clericis saecularibus assignata, conferre posset.

Hermannus Heckheinen vicecuratus c. 1411.

Peregrinus then Huisen, vicepastor 1444.

Joannes de Beck, praepos. s. Georgii Coloniae et canonicus ad s. Cassium Bonnae.

Joannes de Via vicecuratus c. 1454.

\* Wernerus Rouver de Wevelinghoven ab abbate. Wilhelmo Rouver de Wevelinghoven nominatus pastor Kempensis, investituram accepit ab archidiacono Xantensi anno 1474, sed pastoratu non diu gavisus, per Joannem ab Arsen, praepos. Ruremundensem, accepta a Sixto Papa IV. huius parochialis ecclesiae, ut vacantis in curia romana, collatione detruditur. \*

1415. Verum communitas Kempensis cum externis, alibique residentibus pastoribus unanimiter elegerunt contra Joannem ab Arsen Joannem Heinkes, patria Kempensem, qui tamen ipse lite Romae mota, censuris adactus pastoratum relinquere debuit.

Joanni ab Arsen, anno 1489 adhuc superstite, successit Laurentius, praepos. ecclesiae s. Cuniberti Colon., postea electus episcopus Herbipolensis..

\* Wernerus Rouver de Wevelinghoven, secunda vice capit pastoratum Kempensem, sed anno 1495 iterum deicitur per Engelbertum ab Erckeke, clericum Moguntinum, praepositum Naumburgensem. Huic Alexander Papa VI. ecclesiam Kempensem, quae praepositurae ecclesiae s. Cuniberti, quamdiu illam Laurentius, electus episcopus Herbipolensis, obtinebat, autoritate apostolica unita erat, quaeque per dissolutionem huius unionis cum praepositura dicta, ob promotionem D. Laurentii ad episcopatum a pontifice factam, apud sedem apostolicam vacabat, anno 1495 6. idus Julii contulit.

Anno 1520 inter abbatem Aegidium et Engelbertum ab Erckeke pastorem super resignatione pastoratus Kempensis a sede apostolica per procuratores pro monasterio obtinenda ac constituenda, eidem Engelberto annua vitalitia pensione 120 florenorum in auro Rhenano actitatum fuit, quae resignatio 1523, 4. Kal. Maii coram Adriano P. VI. facta et admissa fuit ecclesiaeque Kempensis monasterio iterato incorporata fuit.

Joannes Paep, patria Kempensis, ecclesiae Kempensis usurpator, illam aliquot annis temere occupavit, sed re ad Clementem P. VIII. anno 1528 delata, de spolio accusatus, ad multa

restitutionis 500 ducatorum anno 1532 condemnatus, pastorum deserere cogitur.

Quirinus de Willich, episcopus Cyrenensis, suffraganeus Colon., se pendente lite inter abbatem et Joannem Paep, in administrationem ecclesiae dictae immisit. Verum et is anno 1551, ad restitutionem perceptorum et litis expensarum, pastorum relinquere debuit, condemnatus.

Henricus Pistoris post obitum Quirini se temere intrusit in possessionem dictae ecclesiae, sed et hic anno 1551, excommunicatione adactus et condemnatione ad refusionem perceptorum et litis expensarum, eiectus fuit.

Wilmius, in suis notis historiae Kempensis, numerat duos sequentes pastores, qui pendente lite provisionaliter administraverunt ecclesiam Kempensem, scilicet:

Martinum Holzcampium c. 1551, et Henricum Wilhelmum Holzcampium c. 1553.

Tandem 1553 decisa in romana curia lite, diu inter archiepisc. Colon. et monasterium agitata, super collatione parochiae Kempensis, abbas et conventus in integrum restituuntur, damnato ad refusionem expensarum archiepiscopo. Evicta lite amicabilem compositio 1554 inter archiep. Adolphum de Schauenburg et capitulum metropol. ex una, et Petrum a Bocholtz abbatem et conventum ex altera parte, in Caesaris insula inita est, vi cuius abbas sit perpetuus rector ecclesiae parochialis in Kempen et libertatem haberet nominandi ad eam vel unum ex suis, vel alium sacerdotem regularem vel saecularem.

Anno 1554 ab abbate Petro nominatus fuit pastor Martinus Duncanus, patria Kempensis, doctor theologiae, qui tamen hunc pastorum accipere recusavit.

Gobelus Now, nominatus 1554.

Henricus Stertgen. Hic appellatur in literis abbatis Petri a Bocholtz ad consules Kempenses 1565 datis, vicecurator.

\* Antonius Odendal 1584, electus abbas.

\* Reinerus Bex, nominatus 1588, resignavit 1608.

1608, 14. Juni Winandus Wienendall, ord. Carmel., st. theologiae doctor, nominatus ab Arnolde Huchelhoven abbate. Anno Salmius, resignavit pastoratum anno 1615 in manus abbatis Arnoldi Huchelhoven.

Conradus Sengers a Müntz, nominatus ab eodem abbate, ob. 1625.

\* Godefridus Kempens ob. 20. November 1646.

\* Andreas Bischoffs, a latronibus cum Coloniam pro investitura pergeret interfectus 24. November 1646.

\* Anselmus Genneper ob. 1646.

\* Everhardus Nakatenus ob. 1716.

\* Leonardus Lauven ob. 1744.

\* Josephus Herringe ob. 1755.

\* Maurus Specht ob. 1770.

\* Paulus Maus ob. 1793.

\* Anselmus Nolten ob. 1795.

\* Bernardus Contzen ob. 1811.

In cuius locum nominatus ab episcopo Aquisgran. Sigbertus Wollersheim, ex minorita, ob. 1812. Franciscus Zansen, presb. saec.

---

## **Series rectorum capellae s. Bartholomaei, et postea pastorum filialis ecclesiae in Vorst.**

Joannes von der Werden, rector capellae c. 1310, ita Wilmius.

Joannes van Warten rect. cap. c. 1411.

Conradus Kranenkuchen.

Joannes, dictus der gute Herr Jan.

Henricus de via c. 1500.

Hermannus Schüreken, seu Schwertgens c. 1503.

Henricus Roebbers de Creveldia.

Anno 1547, 5. Martii supplicarunt Vorstenses: Henricus Roebbers, rector capellae, Joannes de Brempt, Wolterus de

Asselt, Godescalvus de Wienhorst, tam proprio quam incolarum nomine, Adolpho archiep. Colon., ut concederet capellae in Vorst baptisterium proprium et sacrum unctionis oleum. Eodem anno 29. Decembris supplicarunt consules Kempenses abbati Petro a Bocholtz de non concedendo Vorstensibus baptisterio et s. oleo, tum propter damnum oppidi Kempensis, tum propter praeiudicium propriae ecclesiae.

Godefridus Roix c. 1564.

Joannes Anrodius c. 1570.

Ex professis Gladbacensibus:

Fridericus Bocholtz c. 1610 et 18, post pastor Gladbacensis.

Fridericus Placopaeus ob. 1624.

Maurus Cremerius ob. 1653.

Ambrosius Steingens, electus abbas.

Ludolphus Steingens ob. 1696.

Daniel Lustraeten ob. 1713.

Ignatius Stephani ob. 1723.

Andreas Aretz ob. 1724.

Lambertus Mols ob. 1732.

Gregorius Kauffmanns ob. 1736.

Petrus Schütt ob. 1745.

Dionysius Dahmen ob. 1752.

Placidus Fischer ob. 1755.

Emmanuel van Daelen resign. 1776.

Gregorius Menghius ob. 1797.

Andreas Wenkers, a communitate in Herckenbusch 1798, 26. Decembris electus ibidem pastor, ob. 1808.

Servatius Morsches ob. 1814.

Petrus Laurentius Greven, presb. saecularis ob. 1818.

Winandus Thya, exminorita.

## Series rectorum capellae ss. Cornelii et Antonii in Merica et pastorum filiaristarum ibidem.

Anno 1411 fundata fuit haec capella, sita in neuen Rads alias Osterheiden, infra limites parochiae Kempensis, in hon. st. Cornelii P. M. et Antonii abb.

Refert Wilmius hanc capellam, quoad baptisterium et sepulturam ab ecclesia matre in Kempen separatam fuisse sub archiep. Colon. Friderico a Saarwerden, qui electus 1370, obiit 1414.

Wilhelmus in agro, primus rector capellae anno 1411.

Joannes 30 Belbe c. 1425.

Peregrinus then Suijfen c. 1454.

Henricus Breemann.

Andreas then Holt.

Ambrosius then Holt c. 1593.

Franciscus Scheen c. 1619.

Theodorus Bergius c. 1642.

### Ex professis Gladbacensibus:

Gerardus Gumpertz ob. 1657.

Modestus Sels ob. 1674.

Edmundus Setterich ob. 1683.

Placidus Hillebrink ob. 1707.

Leonardus Lauven, ex post pastor Kempensis.

Beda Hallet ob. 1731.

Clemens Harnischmacher ob. 1762.

Lambertus Raves, electus abbas.

Henricus Birkenbusch ob. 1779.

Anselmus Nolten, ex post pastor Kempensis.

Laurentius Hall ob. 1797.

Ad instantiam dom. abbatis Lamberti Raves, Anselmus Nolten, qua pastor ecclesiae matris in Kempen, cessit pro se et suis successoribus omni iure, quod adhuc habebat in filia-



lem ecclesiam s. Antonii in Merica, sc. officianti et concionandi in festis Cornelii, Antonii et Theophoriae, in eadem die portandi Venerabile, praesidendi rationibus pauperum ecclesiae, investigandi vicarios, si ad ipsum recurrerent etc., salvis antiquis iuribus recognitionis ad . . . Daleros. Haec cessio 10. Octobris 1793, autoritate archiepiscopali confirmata fuit,

Athanasius Beys resignavit 1812, ob. 1817. In cuius locum nominatus ab episcopo Aquisgranensi Hermannus Jos. Giesen pastor in Borr.

---

### Series praepositorum Bocholtanorum.

- Gerhardus Knode provisor c. 1330.  
Christianus de Sinsich c. 1334.  
Joannes de Zoppenbroich ob. 1420.  
Theodorus Dücker ab Hülse c. 1422.  
Joannes de Harken c. 1431.  
Matthias de Kessel ob. 1435.  
Joannes de Groit ob. 1447.  
Wilhelmus a Bocholtz, vir saecularis c. 1465.  
Wilhelmus de Wyenhorst c. 1492.  
Theodorus Orsoy c. 1550.  
Wilhelmus Dart a Lottum c. 1561.  
Henricus Wels ob. 1597.  
Fridericus Placopaerus c. 1598.  
Stephanus Cruchtanus ob. 1634.  
Wilhelmus Holtz ob. 1642.  
Maurus Hensen c. 1662.  
Conradus Neigenius, ex post pastor Gladbacensis.  
Vitus Titzius ob. 1679.  
Wolphelmus Sittard ob. 1700.  
Michael Breuer c. 1701.  
Alexander Cann ob. 1714.  
Anselmus Lubler ob. 1725.

Casimirus Maus 1749.  
Ambrosius Specht electus abbas.  
Beda Aegidii ob. 1762.  
Maurus Specht, ex post pastor Kempensis.  
Leander Scheerer cellerarius, ob. 1771.  
Odo Kalker cellerarius, ob. 1800.  
Albericus Heuskes.

---

**Series magistrarum in novo B. Mariae V. oratorio,  
vulgo Neuwerk.**

Hedwigis de Budberg praefuit 36 annis, ob. 1330.  
Chyna praefuit 22 annis, ob. 1352.  
Adeleidis praefuit 14 annis, ob. 1370.  
Jutta de Dahlen praefuit 23 annis, ob. 1393.  
Gebange praefuit 30 annis, ob. 1423.  
Adeleidis Hocking praefuit 15 annis, ob. 1438.  
Wepeca seu Wippen praefuit 25 annis, ob. 1463.  
Agnes von Drouwe, prima reformatrix monasterii in Neuwerk,  
postulata ex monasterio s. Agathae Coloniae, praefuit 35  
annis, ob. 1497.  
Odilia de Milendonk, sub qua monasterium pene de novo re-  
paratum fuit, praef. 46 annis, ob. 1543.  
Anna de Stecken, quae fuit filia ex germana sorore Odiliae,  
sub qua fuerat 5 annis priorissa, praefuit 19 annis, ob. 1562.  
Elisabeth ab Holthausen praefuit 21 annis, ob. 1583.  
Ludgera a Knipping praefuit 36 annis, ob. 1622.  
Anna a Spies praefuit 32 annis, ob. 1654.  
Mechtildis a Nievenheim praefuit 25 annis, ob. 1679.

Mortua Mechtilde coram abbate Brunone Charmanns, elec-  
tionis novae praesidente, electa fuerat in magistram . . . . .  
a Kiverbergh, novitiarum magistra, quae tamen electio mense  
Novembri Coloniae per commissarios archiepiscopi, tamquam

minus canonica, nulla et invalida fuit declarata et hinc de novo electa:

Catharina de Randeract, praefuit 17 annis, ob. 1696.

Occasione huius controversiae commissoriatus Novi operis devenit ad abbatem in Brauweiler.

Margaretha de Steprath, praefuit 13 annis. ob. 1709.

Anna Soph. Elis. de Kiverbergh, praefuit 6 annis, ob. 1714.

Marg Barb. de Rolshausen, vom Gauß Büttgen, per 30 annos celleraria, per 6 annos priorissa, praefuit 7 annis, obiit 1721.

Mortua Margaretha, cum ob discordias domicellarum terminus electioni praefixus elapsus esset, a Clemente Augusto, archiep. Colon. denominata fuit omnium iunior:

Clara Soph. de Böninghausen, praefuit 25 annis, ob. 1757.

Theresia d'Oyen, praefuit 25 annis, ob. 1779.

Francisca de Agris, praefuit 7 annis, ob. 1786.

Rosa de Bronsfeld.

---

### Series iudicum Gladbachensium.

Jacobus Kapperz c. 1563.

Joannes Greyn c. 1576.

Joannes Schmoll c. 1577.

Henricus von Velrath, dictus Meuter c. 1593.

Joannes Breuer c. 1602.

Joannes Hülsen c. 1626.

Matthaeus Behr c. 1659.

Joannes Bertram von Kappel c. 1664.

Petrus Brück c. 1684.

Petrus Orth c. 1709.

Joannes Georg von Brück c. 17 . .

Theodorus Boolen resignavit sequenti 17 . .

Petrus Goswinus Joesten ob. 1801.

---

### Series iudicialium scribarum.

- Petrus notarius de Gladebach anno 1304.  
Conradus Krybbe „unser und der Stadt secretarius“ c. 1484.  
Vitus Dionysi c. 1568.  
Winkel Winkelhausen c. 1595.  
Wilhelmus Stade c. 1599.  
Theodorus zu Stehn c. 1614.  
Joannes Meyfisch c. 16 . .  
Willibrordus Meyfisch c. 1652.  
Joannes Goertz c. 1664.  
Joannes Schleusgen c. 1670.  
Christianus Dietrichs c. 1682.  
Wilhelmus Godfried Golzheim c. 1722.  
. . . . Golzheim c. 17 . .  
Joannes Petrus Schiefer obiit qua praetor 1794.  
Adam Schiefer.



# Modus sepulturae

defuncti abbatis

Petri a Bocholtz.

*Item forma electionis moderni abbatis Jacobi de Heghen  
cum relatione rituum eorum, qui in exequiis eiusdem  
praenominati abbatis sunt adhibiti.*

---

Der nachfolgende, bis jetzt ungedruckte Bericht über die Beerdigung des Abtes Petrus von Bocholtz und die Wahl seines Nachfolgers, von einem ungenannten, gleichzeitigen Verfasser, befindet sich, schlecht erhalten und lüdenhaft, im Pfarrarchiv zu Gladbach.

---

Reverendus ac nobilis in Christo pater ac dominus dom. Petrus a Bocholtz, monasterii Gladbacensis O. D. B. dioec. Colon. abbas in reformatione secundus, de suis semper optime meritis, postquam summa munia maxima fidelitate parique dexteritate annos propemodum 35 inter suos fratres gessisset, anno n. Chr. 1573, 3. Cal. Januarii vespere hora quasi octava omnibus ecclesiasticis praemunitus sacramentis, diem suum christianissime obiit extremum.

In hunc virum quanta fratres, ut pii filii flagrarint caritate, non solum hoc argumento est, quia eum suis exutum vestimentis honestissime alba sacerdotali casulaque et ceteris ornarint, lectionemque psalterii per iuniores continuarint, verum etiam licet eius mors iam ante luctuosa campanarum per vices

tractatarum sonitu manifestata est . . . . . die terrae mandari, sed ut desiderabilem thesaurum . . . . . luce sibi subtrahi permiserint. Itaque exoriente anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, maxima cum animi, quam profusae lacrimae testabantur, aegritudine a senioribus demandatur, ut effossa terra humo in ecclesia monasterii a sinistro rev. d. Egidii latere tumulus constituatur. At interim omnia, quae ad officiosam sepulturam pertinent, sollicite a maioribus curantur. Nam ipsum corpus, plurimis pharmacorum speciebus excarnificatum, tumba honeste reconditur. Cum vero iam dies haec, nigro — proh dolor! — notanda lapillo, octavam dedisset horam, iamque nona adesse coepisset, hoc ordine funus ad locum sepulcri defertur.

Praceunt scholastici, stolis induti albis, threnodium concinentes, sequuntur sacerdotes omnes parochialis ecclesiae et qui ex diversis partibus sacerdotes vocati erant. Quatuor ministri seniores palliis talaribus induti, taedas ceratas portant, ex quibus clipeus gentis ipsius et insignia dependent. Quatuor fratres seniores sacris induti vestibus feretrum cum corpore humeris excipiunt. His quatuor ministri, non tam ut pondus ferant, quam quo fratres, suum patrem, vivis exemptum inconsolabiliter plorantes sustentent, succurrunt. Atque sic lamentabile funus procedit porta abbatiali, via illa, quae ad templum monasterii tendit. Custos pedum seu virgam pastoralem gestat, quae post in duas divisa partes, tumbae superimponitur.

Praesto sunt plurimi ex nobili eius genere, omnes lugubribus induti vestimentis, subsequitur senatus Gladbacensis universus, nec non cives ad unum omnes pariter suum plangentes dominum. Ubi perventum est ad monasterii ecclesiam, loculo innixa imponitur tumba lapidi, qui sepulcrum rev. ac nob. patris nostri abbatis dom. Egidii Bocholtz, primi reformatoris, claudit. Deinde a venerabili patre Petro Dulcano, monasterii Gladbacensis pro tempore priore, missa sacra celebratur, qua finita a vigilantissimo et deserto viro Winando Stratense, gu-

bernatoris Juliacensis aulico, funebris de huius vitae miseria eiusque instabilitate incertoque exitu habetur declamatio. Nec tum interim reliqui a liturgia fratres sacerdotesque abstinent, sed quot vasta illa in templi fabrica visuntur altaria, tot quoque sacrificatur in locis. Post, ex ordinis more, commendatio — ut vocatur — recitatur, omniaque secundum agenda fiunt. At ubi perventum esset eo loci, ubi praedictum corpus monumento imponendum esset illo sarcophago, de quo supra diximus, hic rursus tam parochialis, quam coenobialis ecclesiae rauco ex campanorum compulsu, aera sonant, mox a funeris officio cessatur. Sed duos menses integros in divi Petri altari pro eius animae refrigerio sacratissimum ecclesiae sacrificium offertur, atque interim supra sepulturam feretrum, tegumentum nigrum facesque cereae relinquuntur.

Caput secundum.

Sed quoniam fatis nemo reluctari potuit unquam et hic pater, coelestes profectus ad arces, non ante supremum rediturus est diem, quare ne monasterium suo diutius privatum pastore, irreparabile cum in disciplina monastica, tum quoque dispensatione rerum domesticarum detrimentum patiatur, serio mox inter fratres de necessariis consultatum est. Atque postridie calendas Januarias ad requirendam visitorum sententiam, unanimi consensu emittuntur venerabiles et religiosi monasterii Gladbacensis patres professi: P. Matthias Anthonianus, confessarius monialium Regiae villae et P. Jacobus ab Heghen Aquensis, magister novitiorum nostrorum. Domini accelerantes iter, ipsa Epiphania Tuitii existentes, cum rev. P. Nicolao Tuitiensi abbate dignissimo, visitatore nostro, de omnibus et singulis, ut in mandatis habebant conferentes, responsi tulerunt, novam nempe electionem in 7. Cal. Februarias transponendam esse, ne oriatur praematura electione difficultas, et ut novus electus defuncti abbatis parentaliis intersit. Verum prior et alii adhuc conventuales domi residentes, non exspectato visitorum iudicio . . . . . quantocius absentes patres fratres-

que omnes, non tam ad novam electionem, quam funeralia obsequia in 7. Cal. Februarii citarunt. At ubi visitatores accessissent, prudenter immoti in sua perstiterunt sententia atque ut monasterio de abbate providerent, omnibus viribus pro suo candore atque industria laborarunt.

Caput tertium.

Itaque anno 74, 7. Cal. Februarii fratribus omnibus in loco capitulari sonitu campanae vocatis atque congregatis, omnia et singula prout in decreto electionis caeremoniarum nostrarum instituta sunt, peraguntur necessaria, et visitator principalis hortatur omnes et singulos ad dignam celebrationem. Peractis missarum de s. Spiritu solemnibus, rursus convenitur ad locum capitularem atque consilio fratrum requisito, acceptatur ille modus electionis, qui compromissus dicitur. Itaque eliguntur compromissarii, notarii testesque omnes tales, de quibus nulla posset postea incipere controversiae materia. Adeunt visitatores, aliis assumptis, locum electioni destinatum, nempe sacristiam, sequuntur singulatim ordine suo ad deponenda vota patres fratresque monasterii, mox dicta sententia, tumque istius superiorem partem sacristiae per cochleam ascendunt . . . . . quidam monasterii professus frater, sed alterius coenobii monachus scrupulum aliquem iniicere tentabat . . . . . amine aut suam provinciam relinquere et . . . . . aleam experiri, aut nos sine molestia in . . . . . electionis negotio dimittere admonitus est. Ille ergo . . . . . emere nolens, hac via contentatus abiit. (Sic enim . . . . . et Greg. lib. 3 de Relig. domibus ut Episcopo sint subiectae . . . . . cap. 3 etc. Illud enim prohibemus, ne unquam abbas pluribus monasteriis praesidere praesumat.) Feliciter ergo post progressum ad extremum usque, in congregatione fratrum. Omnibus his ita rite peractis locum capitularem rursus visitant fratres, ubi eis a visitatore principali proponitur, velint eligantque, ut minor pars votorum accedat maiori. Quare a rev. dom. Andrea Munstero Brauweilerensi abbate, visitatore altero, promulgatum sub de-



bita forma, fratrem Jacobum Aquensem, novitiorum magistrum electum esse abbatem. Post solempni cantu et pulsu ad ecclesiam proceditur, ibique a visitatore principali, lecta collecta et proclamatione debita a religioso fratre Matthia Anthoniano, ecclesiae Gladbacensis sacrorum pro tempore ministro habita, rev. dom. Jacobus ab Heghen Aquensis, monasterii divi Viti abbas et dominus fundi et territorii Gladbacensis declaratus, ad sedem abbatis ductus, et sic prima fronte inauguratus. Hinc rursus ad capitulum itum et ab omnibus, traditis clavibus, de obedientia et reverentia sollicitatione facta, ad abbatiam progressum.

Caput quartum.

Ad 5. Cal. Februarii, congregatis adhuc patribus et fratribus, pluribus quoque nobilibus totoque senatu Gladbacensi praesentibus, citatis quoque vicinis aliquot, et colonis omnibus, exequiae et officia defuncti domini peraguntur. Ad quas primam missam cantavit prior, secundam visitator abbas Brawilerensis, tertiam principalis visitator abbas Tuitiensis, concionem vero funebrem . . . . . sicut autem in sepultura, ita et nunc consanguinei . . . . . principales, ut quaestor, stabularius, cocus, . . . . . cubicularius iuvenisque domini nigris vestiti palliis. Sed et nunc cereae faculae rursus tenebantur, ex quibus insignia supra dependebant et pro rectamentis nostri . . . . . bustum compositum fuerat. Persolvitur commendatio, pulsantur campanae omniaque rite, ecclesiae cultu, peraguntur. Prandent una cum visitoribus et novo abbate nobiles et sacerdotes parochialis ecclesiae. Reficiuntur cum fratribus sacerdotes reliqui, vicini aliquot . . . . et villici.

Caput quintum.

Sed nec hoc silentio praetereundum, quanta cura grandem lapidem cum insigniis, celte in eodem sculptis, novus abbas praedecessori suo dicaverit.

Caput ultimum. Nec non decretum, ut omnibus et singulis annis, prima post Circumcisionem vacante die, vel in abbatum commemoratione, habita pia necessariorum rerum provisione, huius demortui patris et aliorum eius maiorum abbatum, patrum, fratrumque nostrorum defunctorum anniversarium recolatur.

Finis.



## Zwei Briefe

des Priors Bischoffs an den Abt Sybenius  
über die damaligen Kriegsereignisse. (1642).

---

Im Verlauf des dreißigjährigen Krieges wurde Gladbach und Umgegend durch die hessischen und weimariſchen Truppen, besonders im Jahre 1642, hart bedrängt. Der damalige Abt Sybenius hatte sich nach Bocholz geflüchtet. Ihm berichtete der Prior Bischoffs in den beiden folgenden Briefen, deren Original sich im Pfarrarchiv zu Gladbach befindet, über die Schicksale des Klosters und der Stadt. Dieselben finden sich abgedruckt, jedoch ungenau, bei Eckertz und Koeber, S. 305 ff. Die sprachlichen Verstöße mögen der Hast und Uebereilung des Brieffschreibers zu gute gehalten werden.

---

### I.

Post humile manuum osculum infixum debitaque observantiae meae insinuationem, inter spem et metum futurae securitatis vel populationis nostrae versantibus, iuxta scripturam angustiae sunt nobis undique et coartamur nimis, quas angustias adaugent viciniore loca omnibus bonis exuta, videlicet arx Klöhraht, civitas Süchtelensis, coenobium Virsense triaque ibidem pro refugio a rusticis exstructa fortilitia, inter quae fortius ac maius crematis etiam hominibus omnino in favillas et cineres redactum. Verbis exprimi nequit quantitas frumentorum, pecorum aliorumque bonorum mobilium ex locis ditionis Virsensis ablatorum, — thesaurus incomparabilis ibidem extitit. Hunc processum militum amplissima Paternitas vestra perpen-

dens, animorum deiectionem et modicam nostram fidem facile coniciet. Insuper spero consolationem protectionemque ab Altissimo atque generalem Gubriandt <sup>1)</sup> nobis non fore inimicum, cui donatio centum quinquaginta modiorum siliginis a civitate facta. Ad huius amicitiam intertenendam praestat consultumque videtur, quatenus accuratius invigilet malo futuro obviet praevieniatque reverendissima vestra Paternitas, ne a melitibus praeventi extremae perniciiei subiiciamur, sub his verbis a Gubriandt F. Anselmo <sup>2)</sup> insinuat, mysterium quoddam latere dubitatur, quasi vero monasterium vestrum adeo deperditum, ut ad praestandum quinquaginta modios siliginis insufficientis sit.

Consules civesque omnes nolentes confidere, deportatis cunctis bonis mobilibus secum, hinc aufugere aufugiuntque omni hora de facto, uno consule Vito Tempell superstite, cum quo praetor noster totius civitatis administrationem directionemque habet, modo decumbens uxore absente. A praesentibus autem adhuc civibus et rusticis, militibus urgentibus et conantibus introitum in civitatem vix ulla resistentia fit, ob inconstantiam, disordinem, negligentiam maximam vigiliarum, unde nullum dubium, quin rebus sic stantibus civitas ac monasterium militibus praeda facile forent. R. D. Praelatus Hildeslebiensis etiam Bruggam perrexit ibidem moraturus donec sanior aura hic apud nos affulgeat. Periculo ergo instante militeque in nos irruente et victualia omnia nostra auferente, quod tamen clementissimus Deus clementer avertat, quid nobis faciendum quoque divertendum, et num F. Bruno <sup>3)</sup> deinceps in scholis sese sit occupaturus, habens adhuc tres discipulos, resolutionis desuper avidus sum.

Contractum inter D. pastorem Kempensem et personam

---

1) Gemeint ist der französische General Guébriandt, seit 1634 Befehlshaber der weimarischen Truppen.

2) Anselmus Gennep, später Pfarrer von Kempen.

3) Bruno Charmann, der spätere Abt.

meam <sup>1)</sup>, sub ratificatione Paternitatis vestrae, ratione pastoratus inquit resignationemque pastoris transmitto, si quid autem in istis mutandum, diminuendum, addendumve, totum ab utroque amplissimae Paternitatis vestrae directioni relinquitur et committitur, imo tale quid factum pro rato habebitur. Meum interim est pro beneficio in me collato gratias rependere maximas, qua in re, occasione data, in continua obedientia praestanda pro virium modulo, quoad vixero, non deero, quin imo Deo favente et adiuvante, in cura animarum habenda atque iurisdictione monasterii et pastoratus defendenda intertenuendaque talem me praestabo, ut non posthac Paternitatem vestram gratiae mihi praestitae poeniteat, etsi in pastoratu maxima difficultas sustentationis sese ingerat ob defectum solutionis reddituum et proventuum huius anni. Praevia denique sacrificiorum meorum oblatione cum faustissima omnis prosperitatis precatione, amplissimam Paternitatem vestram Deo ter optimo maximo fidelissime commendo.

Raptissime. Gladbach 16. Septembris anno 1642.

### III.

Inopinatus ingressus militum caesareanorum in civitatem hanc, quam eidem decimo nono Septembris circa horam tertiam, porta fori instrumento bellico, vulgo Petarde, perfracta occupare, nobis haerentibus dubiis cuius coloris vel partis essent, maximum incussit timorem et tremorem, unde in tumultu turris refugium nostrum fuit. Cum autem absentibus consulibus et civibus fere omnibus in civitate nulla restarent media ad sustentandum praesidiarios praesentes, tam equites quam pedites sat

---

<sup>1)</sup> Das Folgende bezieht sich darauf, daß dem Schreiber des Briefes, dem Prior Andreas Bischoffs, die durch Resignation des damaligen Pfarrers Kempens erledigte Pfarre Kempen übertragen wurde. Als Bischoffs nach dem Tode des genannten Pfarrers nach Köln reiste, um die Investitur zu erlangen, wurde er am 24. November 1646 von Räubern erschlagen.

copiosos, vaccae rusticorum adhuc restantes maxima ex parte super compagnias distributae, imo ut huius loci commendans colonellus Spahr de provisione aliqua certus esset, visitato granario nostro ex eodem ducentos modios siliginis, tam monasterium, quam villicos nostros concernentis, in suam custodiam deportari curavit, promittens accuratam restitutionem frumentorum. Quam mihi sollicitanti, quatenus medietate percepta ab ulterioris participatione cessaretur, ac quitanciam de frumentis a magistro locationum nobis datam offerenti, ubinam solutio exspectanda esset, expresse pollicitus est, suaque officia et manutentiam monasterio obtulit, optans praesentiam amplissimae Paternitatis vestrae, quam etiam — nunc hoc in loco securam fore putarem, ex quo loca viciniora antehac ab Hassis occupata, partim in manus caesareanorum devoluta, partim brevi devolvenda aestimantur, sicut de facto vigesimo sexto Septembris arx Lidbergensis a caesareanis, autore Joanne de Werth occupata, quibusdam caesareanis eodem die ab Hassis profligatis, sequenti die Wimarienses et Hassi milites, castris prope Novesium relictis, eo unde venerant redeunt, Rhenum transire intenderunt, verumtamen eorum propositum mutatum et in praesenti Alt- et Neukirchen versus commorari dicuntur, quae et circumquaque loca adiacentia, videlicet pagi, arces, monasteria, (Hagenbusch dicunt spolio expositum) omnino depopulantur atque in favillas et cineres rediguntur. In civitatem Wachtendunck salvaguardas Hassos intrinmissos esse rumor crebrescens fert, — utinam erraret. R. D. praelatus Hildeslebensis <sup>1)</sup> denuo huc ex Bruggen rediit et quandoquidem arx Mylendunck ab Hassis libera ac zur Neerschen brevi liberanda, ut hoc modo aliqua libertas et monasterium Novi-operis inha-

---

<sup>1)</sup> Gemeint ist Odatrifus Abtmeyer, Abt in Hildesleben, welcher durch den Krieg gezwungen, sein Kloster verließ und 23 Jahre hindurch die Stelle als confessarius der Nonnen in Neuwerk verwaltete. Er starb am 26. Dezember 1659. Siehe Necrologium gladbacense II. Annalen des historischen Vereins f. d. Niederrhein. 1860.

bitandi spes affulgeat, pro reditu hucce reverendissimae Dominae idem scripsit. Insuper spero finem hactenus a nobis nomine commendantis exactorum victualium, quando vicinorum pagorum incolae ubique ad contribuendum citantur, uti D. pastor in Weckberck ratione parochianorum suorum victualia quaedam saltem obtulit. Nos binas amas cerevisiae, tres oves, binas partes carnis infumatae aliquasque gallinas suppeditavimus. Ob quotidianas excursions militum pabulationis causa, vel homines rebus omnibus exuentium, vel fruges si quae non omnino trituratae, vel ab Hassis relictæ in residuo existant, triturantium oleraque omnia auferentium, rusticis foris in villis habitare necdum liberum est, nec labores suos pro libitu in agris perficere valent, quia ad quotidianos labores vel manuales vel equis subeundos in fortificandis portis civitatis coguntur obvii quique, nam ante portam molendini omnia aedificia, v. gr. Pferdtsgraben, e regione civitatis sita, et horreum nostrum molendino proximum destructa, inde adhuc nulla ligna nobis usu venere, etsi a commendante licentia nobis concessa, illa ad monasterium advehendi. Pistor noster Jodocus, nulla facta mentione discessus, reditus vel mansionis suae, hinc discessit, Venlonae degens, cuius vices bene supplebit in pinsendo, addito tamen eidem quodam directore pro coquenda cerevisia, suppistore, simul vero portarii officio fungi nequibit.

Copiae contractus initi inter abbatem Petrum a Bocholtz et archiepiscopum Coloniensem, pastorum Kempensem concernentis, <sup>1)</sup> pro qua transmittenda P. Theodoro Now ex iussu rev. D. pastoris Kempensis scripsi, nondum particeps factus, qui aliquo modo alteratus, excusationem de non inveniendis scriptis, a me postulatis, praetendit. Praefatus D. pastor autem refert, se personaliter praesentatum praesentationemque in scriptis minime exactam, qui multum me reprehendit et redarguit

---

<sup>1)</sup> Man sehe den Wortlaut dieses Kontraktes vom Jahre 1554 unter den Urkunden.

tantam in hoc negotio moram seu dilationem trahi, cum ocyus sit procedendum et cautius agendum, ne causa nostra periclitetur. Alias petitio quaedam pro investitura a P. Reinero Bex <sup>1)</sup> usurpata et claves de archivio seu reliquiis transmittuntur.

Arx Odenkirchen hesterna die etiam ab Hassis, inde plenarie armis sarcinisque suis stipatis discedentibus, per contractum hisce praesidiariis nostris dedita fuit. Apud Wimarienses seu Hassos milites, qui in loco praememorato, circa Alt- et Neukirch de novo castra locare dicuntur, adhuc itum in antiquam silvam, nam ibidem coenobio monialium tertiae regulae s. Francisci devastato et combusto, etiam confessarium occisum et moniales quasdam combustas fertur.

Praememoratorum malorum omniumque dolorum brevi finem sperans amplissimam Paternitatem vestram humillime rogatam velim, quatenus ulteriori mora seposita hucce ad nos recedere dignetur, ac sic confidens huic meae petitioni locum dandum, eandem Deo ter optimo maximo fidelissime commendo cum sacrificiorum meorum oblatione faustissimaque omnis boni et felicitatis apprecatione.

Raptissime. Gladbach 3. Octobris anno 1642.


---

<sup>1)</sup> P. Reinerus Bex war Pfarrer von Kempen und starb 1619.





# U r k u n d e n .





# I.

Erzbischof Sigewin von Köln schenkt dem Kloster den Novalzehnten im Umfange des Kirchspiels von Kempen. 1085.

In gloriam et laudem summe et individue trinitatis in unitate et unitatis in trinitate. Quia certum et unicum est elemosina peccatorum remedium . huic hilariter est et infatigabiliter insistendum. Et licet omnibus semper oporteat benefacere et nequaquam deficere. Christi tamen pauperibus et ecclesiis cura est inpendenda precipue. Unde ego Sigeuinus gratia Dei coloniensem archiepiscopus pro remedio anime mee . antecessorum simul et successorum meorum . sancto Vito fratribusque in gladebach deo servientibus decimationem donavi omnium novalium infra campaniensis ecclesie terminum. Hoc enim et venerabiles antecessores mei Herimannus . Anno . atque Hildolfus de suorum quisque temporum fecere novalibus. Ea autem ratione ipsa donatio facta noscatur . quatinus ad fratrum necessaria prorsus expendatur . nec ex ea quicquam aliud agi vel in beneficium cuiquam tradi ab abbate presumatur. Hec ergo qui transgredi vel mutare nisi ex fratrum consensu presumpserit . anathema sit. Acta sunt hec incarnati verbi anno M. L. XXX. V . imperatoris vero Heinrici quarti XXVII. Archipresulis autem Sigeuini VII. Indictione VIII. Coram his testibus. Arnoldo. Bertolfo. Gerhardo. Gozuino. Ethelgero. Gerhardo. Adelberto. Godescalco. Gerhardo. Brunone.

Safombiet, I. 238.

## II.

Erzbischof Friedrich I. von Köln bestätigt die Schenkungen und Stiftungen des Abtes Christianus. 1116.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus pie in Christo viventibus . quod ego Frethericus sancte coloniensis ecclesie humilis per dei gratiam minister petitione fratris nostri Cristiani gladebacensis ecclesie abbatis admonitus . dignum duxerim opera caritis eius litteris commendare . et testamentum ordinationis quarundam rerum ecclesiasticarum sicut ipse disposuit ordinando confirmare. Prout enim viridica ipsius didicimus relatione . ipse sub predecessore suo venerabili patre Adelberone adhuc constitutus sepe numero ingemiscens non parvi meroris afficiebatur singultu . quia videbat possessiones ecclesie in manus extraneas devenisse et minorari cottidie. Igitur ut filius et bone professionis alumnus ad maioris pendens nutum . necesse duxit ut spiritualis patris et pii provisoris licentiam atque consensum inquireret in his que fecit . inquisivit ergo et consecutus est iugiter . siquidem in caritate paterni affectus per omnia voluntati eius annuit laborem eius consolatorie suasu placido demulecens. Et factum est dum bone memorie idem predecessor suus in diebus vite sue laboris et devotionis sue oblationem offerret domino. Siquidem pro anniversario suo contradidit filiis et fratribus suis possessionem que fuit Ruhonis domum scilicet propriam cum suis appenditiis . orto vinee . torculari . curti . et VI partibus vinearum in montanis . quas ipse ipsius Christiani consilii et laboris bene usus ministerio comparaverat X marcis in villa Celthanch, deputavit eisdem etiam pro anniversario anime eiusdem Christiani medium ortum vinee qui appendet domui eiusdem viri quem appetiavit idem ab eodem in eadem villa Celthanch IV marcis quas sine dampno et omni minutia ecclesiastice rei contraxerat. Verum enimvero domino Adelberone universe carnis

viam ingresso cuius memoria in benedictione sit . ipse Christianus per gratiam dei successor eius effectus in precordiis destinavit . ut bene faciendo et in domino laborando anime sue prospiceret . et recordationem nominis sui posteris commendaret cum aliquantulo caritatis beneficio. Conventione autem facta ex V marcis . item emit a memorato Ruhone . in memorata villa Celthanch II partes vinearum . quarum reditus in opus ministerii et refectionis fratrum pauperum quoque in die depositionis sue dandos per manus cuiuscunque fratris cui hoc iniunctum et ordinatum fuerit disposuit. Porro ne super his ad alterutrum obiectionis vel contradictionis postmodum aliqua nasceretur questio provido mediante consilio ambobus complacuit . quod et factum est pactum sanctiri et rei eventum confirmari omni iure instituto ac lege legitime traditionis in oculis et presentia Adelberti comitis de sappehberch. Emechonis de balterstorph . aliorumque multorum testium quorum quidam manent usque adhuc . quidam autem dormierunt. Cum igitur pro spe et mercede regni dei bonum opus operari in corde suo votum vovit . item appendit argentum in statera XVII marcas et in ius proprium et in statum pristinum ecclesie quamdam rem ecclesiasticam redimens restituit . quam se amisisse et in manus extraneas devenisse dampnum patiendiam pridem condoluit ipsa mater ecclesia. Ecclesiastice autem rei facultas de qua nobis sermo quadrageni sunt solidi . quos predecessor suus Meinhardus pro beneficio cuidam Wernhero constituit . sumptos scilicet et deputatos ex ea haut dubium pecunia . que singulis annis in hac ipsa villa Gladebach in die festo purificationis sancte theotocos persolvitur. Hunc prelatum censum deo devotus frater noster Christianus in hoc eodem loco in oculis et presentia omnium fratrum tam iuniorum quam seniorum aliorumque multorum testium ab eodem Wernhero redemit et ecclesie restituit . datisque in commertio ut dictum est XVII marcis ambo fidei cautionem sub testibus signavere. Commendans igitur in celebratione opus bonum

hoc idem eis pro benedictione optulit et ex eo singulis annis per manus istorum virorum XXIV solidos dari constituit. Vuirgerus VIII solidos. Frumoldus VI. Thizo V. Baldo item V. His XXIV solidis VI aliis solidis qui in bren dantur coniunctis item votum auxit et devote constituit ut per tria instituta tempora . in divisione sanctorum apostolorum . in commemoratione beate Marie Magdalene et in perhenni memoria nostre depositionis fundatorisque huius cenobii domini Geronis hec pecunia divisione partita singillatim in ministerio corporalis alimonie fratrum deputetur . pauperes quoque ex ea refocillari procurentur. Cum ergo bonum opus est operatum . utpote in caritatis radice fundatum . ordinationem eius approbamus . assensusque nostri auctoritate et sigill<sub>o</sub> impressione corroboramus . quatinus ratum et perhenniter inconvulsum servetur . quod sancitum et confirmatum videtur. Si quis autem postmodum hanc ordinationem dampnare presumpserit . irritamque facere et cassare temptaverit . illum tradita beato Petro et nobis potestate ligandi ligamus . et nisi veniam condigna mereatur satisfactione anathematizamus. Actum est hoc in cenobio Gladebacensis ecclesie anno dominice incarnationis M. C. XVI. indictione IX. anno cathedre archiepiscopatus nostri XVIII. presentibus nostris hominibus tam clericis quam laicis. quorum subnotata sunt nomina. Clerici. Theodericus de s. Petro. Cristianus de s. Gereone. Rudolfus de s. Severino. Wichmodus. Arnulfus. Heinricus. Liberi. Godefridus de mereh. Ludowicus de quinheim.

Super his omnibus que testamenti huius continet inscriptio venerabilis pater et abbas Cristianus res et utilitates huius sancte ecclesie amplius ampliavit. Siquidem inter alia appreciatus est XXIV iugera vinearum in Rasteken et II marcas a Theoderico dimidiam a Bertulfo acquisivit et ecclesie resituit.

Notum sit omnibus fidelibus tam posteris quam presentibus quod frater Cristianus huius sancte ecclesie Gladbacensis fidelis et prudens dispensator . ob amorem dei et omnium sancto-

rum et gloriam eterne beatitudinis promerendam . quoad vixit benefaciendo et res ecclesie de die in diem augmentando . suimet sollicitus prospexit ut anime eius recordatio libentius et frequentius a filiis et fratribus sibi commissis ageretur. Inter cetera igitur miserationum suarum opera que fecit in domo dei et in ceremoniis eius . contradidit filiis et fratribus suis in commemoratione sanctorum Viti . Cornelii . Cipriani . et aliorum sanctorum et in dedicatione duarum capellarum videlicet ad sanctos apostolos et ad sanctam Mariam Magdalenam IV solidos et VI denarios . memor scripture divine dicentis . benefacie iusto et inuenies retributionem magnam.

In festiuitate sancti Martini apud Reide Beuengerus persoluit XII denarios . in festiuitate sancti Thome Ingrammus apud Brath persoluit XVIII denarios . similiter Bernardus in purificatione sancte Marie. Eidelrode persoluit II solidos. In festiuitate omnium sanctorum apud Bren VI solidos. In festiuitate sancti Martini apud Reide V solidos. Baldo de Herde III solidos. Lambertus II. de Driese V solidos. Similiter Immo XII denarios. de Betherode Frumoldus VI solidos et I denarium . de Scarpenseile Poppo IV solidos. Enezo II solidos absque IV denariis. Sigebodo II denarios. Homiardus II denarios.

Codex Gladbac. — Lafomblet, I. 279.

### III.

Erzbischof Bruno II. von Köln bestätigt die Schenkung des Abtes Walterus zu Gunsten des Klosters zu Boholz (Weiser) und zu Neuwerk. 1135.

In nomine sancte et individue trinitatis. Bruno superhabundanti gratia spiritus sancti sancte coloniensis ecclesie Archiepiscopus. Omnibus in christo pie viventibus tam futuris quam

presentibus. Quia nostri est officii . nostre cure . nostre sollicitudinis . nostre vigilantie . ecclesiastica precipue tamen monasticam religionem ordinare et dilatare . tueri et defensare . ratum ducimus . stabilimus et confirmamus virtute spiritus sancti et auctoritate nostri pontificatus quicquid frater noster Walterus abbas videlicet gladebachensis cenobii in possessionibus sui monasterii ad honorem dei et animarum remedium monastice religionis ex utroque sexu fidelium ordinavit . sed et quicquid ex consensu fratrum suorum de redditibus ecclesie sue christi pusillis deo famulantibus in wilrensi cenobio aut sororibus in novo oratorio b. M. perpetue virginis ad victum seu vestitum concessit . fratribus scilicet omnes redditus predicti wilrensis loci exceptis vineis et agricultura antiquioris curtis . redditus namque commodiori satis utilitate restituit fratribus gladebachensis ecclesie . videlicet VI marcas pro V talentis et X solidis levioris monete . porro sororibus in novo b. M. perpetue virginis oratorio christo famulantibus de villificatione Raesleide decimam . Herde . Piperlo . Macchenstein . decimam etiam Adelhardi advocati et sororis eius ex consensu fratrum suorum nichil de prebenda eorum minuens ad victum concessit . decimam namque Herde Rutgerus quidam secularis aliquando possidebat . Adelhardus vero et soror eius non in beneficium sed ingrata villici gratia suam habebant . decimam autem Piperlo et Macchenstein villicorum servuli messis tempore ita consumebant commessatione et ebrietate ut nichil ex ea utilitatis fratribus provenerit vel ecclesie . his saniori consilio in melius commutatis ita manere . videlicet ad pauperem fratrum et sororum victum . ut ipsi ordinavimus in perpetuum censemus . Et ne aliquis alicuius necessitatis occasione id infringere audeat sub perpetuo anathemate interdicimus . Acta sunt hec anno incarnationis dominice M . C . XXX . V . Indictione XIII . Nonas Decembris . ecclesiam regente b. papa Innocentio . regnante vero serenissimo imperatore Lothario . sub his testibus . Arnolde maioris ecclesie s. Petri preposito .



Hugone decano. Tiepoldo s. Severini prep. Arnoldo s. Andree prep. Theodorico ss. apostolorum prep. Arnoldo preposito de gradibus. Henrico comite de Chesle. Gerardo de Hostadin. Adelgero de Gladebach. Almaro advocato. Heinricho de Aldendorp. Thiderico de Ulfde.

Codex Gladbac. — Lafomblet, I 320. — Man sehe auch: „Kardanus, Rheinische Urkunden,“ in den Annalen des hist. Vereins f. d. Niederrhein, 1874, S. 332.

#### IV.

Abt Robertus bekundet das mit dem Vogt zu Weiler getroffene Abkommen. 1163.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum facio christifidelibus . tam futuris quam presentibus . quod ego Rubertus dictus abbas gladebacensis . rebus ecclesiasticis . tutele mee commissis . sollicite prospiciens . fratres meos in cella nostra bucolz commorantes . qui advocatorum importunitate oppressi sunt multo tempore . a pristina vexatione liberavimus . et tam utilitati , quam quieti eorum in futurum providimus. Omnes enim mansos in villa wilre celle predicte adiacente . de quibus advocatus eius Cunradus . advocatie sue ius exigebat . ab eo redemi penitus ut quoscunque fratres mei gratia heredum sibi potuerint acquirere . aratris suis subiiciant libere. Preterea vero ab omni exactione hospitalitatis . que in prefata villa advocatorum more solebat facere . vel in quibuslibet prediis predictorum fratrum et hominibus omnino destitit . ut nunquam ad eos placitum habiturus . nisi aliqua necessitate vocatus veniat . hiis exceptis nisi quis pro sua possessione . a fratribus meis quasi iniustitiam passus . advocatum interpellaverit . tunc advocatus eos conveniat . et in curia presente familia utriusque partis causam expediat . vel si quis forte infra

libertatem curie pacem turbaverit . advocatus ultro veniens . illud iudicabit . qui de questibus placiti vel iusticie . retenta sibi tertia parte . reliquum dimittet curie. Quatenus autem in quiete tali fratres meos promittens marcas ei XV exolvi . eius uxore insuper cum fratre suo . R. dimidiam marcam accipiente . ut huic pactioni assintirent benivole . salvo tamen iure antiqui servitii . scilicet ut in natale domini . maldrum tritici mesure coloniensis . avene duo maldra anternacensi mensura . vini quatuor sextaria . carniū XII denariate. IV cerevisie . in statutum ei exhibeantur servitium. Huiusmodi tamen carniū et cerevisie IV nummos addidimus, quatinus pro carniū sale et cerevisia XX nummos accipiat . ne gravamen aliquod super his qualicunque occasione nobis inferat. In pascha etiā et in festo s. Johannis predictum recipit servitium . nisi quod hac vice tertia non amministratur avena. Hanc itaque constitutionem prenominati C. heredibus . scilicet et Godefrido de breidscheit superiore advocato annuentibus . coram viris illustribus rationabiliter determinatam sigillo nostro signavimus . ut si quis eam evacuare contenderit . auctoritate dei anatema sit.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice M . C . LXIII . indictione XI. tempore Victoris pape . Friderici imperatoris . domni Hillini trevirorum archiepiscopi sedis apostolice legati . Horum testes sunt . domnus Vulbertus abbas lacensis. Johannes prepositus monasteriensis. Gerardus filius comitis de Are. Theod. de Kempenich. Cristianus de Wivellenhoven. Volcholdus de glensa. Godefridus et Johannes de brischa. Gerardus et filius eius Gerardus de wilre. Badewinus et Henricus de nurberch. Rudolfus de ives. Mauricius de nikedich. Reimarus de lucine et alii quam plures.

Zafomblet I. 406.

V.

Abt Robertus bekundet den Ankauf des Lutzenrader Hofes durch den  
Konvent zu Neutwerf. 1168.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fervor conditiones  
et ordinationes que fiunt a quibuslibet hominibus tanto sunt  
sagaciori studio stabilienda et autoritate virorum fidelium cor-  
roboranda . quanto desideratur eorum firmior esse memoria  
per succedentium temporum spatia. Unde ego Rubertus licet  
indignus gladebacensis abbas vocatus . notum facio cunctis fide-  
libus tam presentibus quam futuris . qualiter predium quoddam  
in Lutzenrode . Gozwino . Luzone . et equivoco filio suo Goz-  
wino . nec non et ab aliis heredibus suis venumdatum fuerit  
meis temporibus sororibus de novo oratorio sancte Marie . quod  
est apud nos situm . et omni iure illarum ecclesie firmatum.  
Nam publica conventione cum illis pro quinquaginta marcis  
facta . de hoc perpetualiter illud emimus . et ne deinceps inde  
alicuius improbitate gravari possemus . non solum per manum  
Theodorici de Milendunk . utpote liberi et nobilissimi viri .  
ut iure debuimus . nobis illud confirmari fecimus . sed ex  
autoritate beati Petri apostolorum principis omniumque sancto-  
rum . omnem hominem . qui nobis in hoc voluerit esse con-  
trarius . a consortio fidelium christianorum segregamus . et  
eterne maledictioni subiicimus. Acta sunt hec anno verbi in-  
carnati M . C . LX . octavo indictione secunda.

Edertz und Röver, Benedictiner-Abtei M Gladbach. C. 288.

VI.

Abt Robertus schenkt dem Kloster das Benefiz zu Debt. 1170.

Ego Rubertus Gladebacensis humilis abbas. Notum facio  
tam futuris quam presentibus . quod in tempore istius vite

cupiens elaborare . unde eternam possem remunerationem habere . beneficium Henrici advocati de kempena quod habuit apud hude in ecclesia nostra IV videlicet solidos qui ei in iulio persolvebantur cum omnibus supererescentibus de eodem beneficio ab eo et seniore filio Henrico pro IV marcis in vadium suscepi . illudque fratribus ad caritatem constitui . ea de causa ut octava pasche in cappis celebratur . et anniversarium pie memorie domne Gepe abbatisse ss. virginum colonie<sup>1)</sup> in plena memoria haberent. Super hec etiam omnino decrevi . si quandoque redimeretur eandem pecuniam nulla necessitate in alios usus expendi nisi in predio vel in alio bono unde fratribus supradictis diebus . sine ulla contradictione serviat. Huius rei sunt testes quibus iunior Henricus per preceptum patris fidem dedit se ista nulla ratione irritaturum. Godescaleus de foro. Godescaleus saldo. Herimannus iunior de damme . sunt etiam testes Rabodo de hude. Pelegrinus de saltu. Conradus de bechusen . et frater suus Godescaleus. Retherus. Gisbertus et frater suus Walterus Helwicus de niderhoven. Adelhardus villicus et alii plures.

Anno M . C . LXX indictione tertia.

Codex Gladbac. Lafombfet I 438.

---

## VII.

Das Kloster zu Gladbach kauft von Geldolph von Niderhoven ein Gut bei Ratesleiden und 18 Morgen Landes. 1170.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus . qualiter temporibus domini Ruberti abbatis beneficium Geldolfi de Niderhoven . quod

---

<sup>1)</sup> Gemeint ist die Aebtissin Gepe des St. Ursulastiftes in Köln, Schwester des Erzbischofes Reinald von Dassel.

habuit apud Rakhesleide . fuerit fratribus s. Viti venditum et per idoneos testes . ut lex exigit huiusmodi conventionis . ad augmentum prebendarum eorundem fratrum eternaliter confirmatum. Hic siquidem Geldolfus . dum rebus suis agendo minus prosperaretur . et ob hoc tandem ad venditionem predicti beneficii compelleretur . una cum heredibus suis . uxore videlicet nomine Gertruide et filio suo Waltero in presentia domini Ruberti abbatis coram subscriptis testibus venit factaque publica conventione pro XVIII marcis fratribus et ecclesie illud et octodecim iugera agri . unde tres solidos curti annuatim persolvebat . per manus ipsius abbatis penitus vendidit et cum prefatis heredibus suis exfestucavit. Qua propter dominus abbas per aliquem nolens super hoc ecclesie inferri calumpniam per succedentium temporum spatia . ut iure debuit . hec fratribus et filiis suis sigilli sui impressione et veracium testium assertione confirmavit. Huius rei testes sunt Henricus comes de Kessle. Henricus de Thuschinbroc. Herimannus fortis et filii sui Herimannus Hardratus et Hardunc. Conradus de Bechusen et frater suus Godescalcus. Godescalcus de foro. Godescalcus pincerna. Giselbertus et frater suus Walterus. Godescalcus Saldo et frater suus Rudolphus. Retherus. Godescalcus. Fascho. Herimannus de Wivellinchoven. Heribertus de Halterbruch et alii plures. Acta sunt hec verbi incarnati anno M. C. LXX . indictione tertia . temporibus domini Friderici Romanorum imperatoris et domini Philippi Coloniensis archiepiscopi. Super hec omnia . si quis ista voluerit infringere . sciat se ab omnipotente deo et s. Vito et omnibus sanctis et a nobis eternaliter dampnatum esse.

Codex Gladbac.

## VIII.

Das Kloster zu Gladbach kauft das Gut Raksleiden. 1172.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris . qualiter fratres ecclesie s. Viti in gladebach quoddam allodium rakesleide quod dicitur ad fossam comparaverint ab Alardo de Thuschinbroc et Geldolfo patruo eius de Breidenrothe et eorum heredibus . data in taxationem precii summa XXVII marcarum Alardo primum pro pacta conventionem XVI marce date sunt. Postea eo conquerente non plenarie sibi promissum solutum esse . a Rudengero cellerario II marce apposite sunt. Geldolfo V marce cesserunt . filiis eius Arnolfo . et Geldolfo de Gerdenrothe . et Gerardo cognomento Odakkar . quos ipse Geldolfus ab hac porcione sequestravit cum ecclesiam infestarent . adeo ut etiam de curte ecclesie equos vi tollerent IV marce date sunt ut huius emptionis consentanei essent. Postea predictae possessionis confirmationem Alardus ab Henrico duce de Lenburch . ad quem eiusdem beneficii ius respiciebat . fieri ecclesie impetravit . et presente domino Philippo coloniensi archiepiscopo. et Alberto comite de Molbach . et Henrico comite de Kessle et Tidrico de Milindunch . et aliis terre principibus . dux idem comiti de Molbach . per ramum viridem . quidquid iuris sui erat in predicto phecdo tradidit . et comes ipse supra altare s. Viti cum cirotheca ducis optulit. Ergo ne in futurum aliquis de ipsis vel eorum posteris . ecclesiam gladebacensem de eiusdem fundi possessione . que tam rationabili et legitimo emptionis contractu in eius iuris dicionem cessit . inpetere vel gravare presumat . hoc scripto posteritati in noticiam transmittimus . et auctoritate sigilli s. Viti confirmavimus . ut a deo et a s. Vito et apostolorum principe . se dampnandum et a sancta ecclesia anathematizandum sciat . quisquis hec temere infringere temptaverit. Acta sunt hec anno dominice incar-

nationis M . C . LXX . II indictione V . sub domino abbate Ruberto . tempore domini Philippi coloniensis archiepiscopi . Regnante vero romanorum imperatore Friderico . coram his testibus . Henrico duce de Lenburch . et Alberto comite de Molbach . et Henrico comite de Kessle . Engilberto comite de Monte . Herimanno comite de Mulennarchen . Christiano advocato de Wivellinchoven . Tidrico de Milendunch . Homi- nibus vero et ministerialibus ecclesie . Gerardo advocato de Colonia . et fratre eius Herimanno . Pelegrino sene de Kempene . Godescalco de Foro . Arnolde de Solyngen . Godescalco de Saldo . et Rudolfo fratre eius . Helleuico de Niderhoven . Hardungo et fratribus eius Herimanno et Hardrado . Rethero de Bechusin . et filiis eius Butrolfo . et Godescalco . Everuino de Halterbruch . et aliis quam pluribus tam ex clero quam ex populo .

Codex Gladbac. Sacombtet. I. 443.

## IX.

Abt Walterus schenkt dem Kloster die „untere“ Mühle,  
(Witges-Mühle). 1183.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus ecclesie filiis et fratribus . quod ego Walterus gratia dei abbas gladebacensis ecclesie . primo anno ordinationis mee molendinum inferius . quod iuxta vineam situm est . meis propriis sumptibus sine diminutione rei ecclesiastice comparatum et absque ulla contradictione rationabiliter acquisitum . ob desiderium venie peccatorum meorum promerende . domino deo et sancto Vito offerens . totum emolumentum eiusdem excepta prebenda sutoris et procuratoris maioris curtis . in usus filiorum et fratrum in ecclesia mihi commissa deo famulantium contradidi . operans memorie mee recordationem clariorem futuram posteris . si commenda-

retur eis cum aliqua gratia sumptus et alimonie temporalis. Institui ergo in anniversario meo VIII solidos dandos ad refectionem fratrum . III solidos et VI denarios ad refectionem pauperum . VI denarios ad luminare in anniversario domini Philippi archiepiscopi Coloniensis. III solidos in anniversario Lueuini abbatis. II solidos in anniversario Wolframi abbatis Wertinensis. II solidos et quidquid emolumenti superfuerit constitui ad augmentandum panem fratrum . ut omnibus dominicis diebus et apostolorum festiuitatibus habeant singuli singulos cuneos quales emuntur IV denariis . atque hoc per manum prioris aut cuiuscunque fratris . cui hec distribuere communi consilio usitatum fuerit . institui fieri. Ut autem hec rata haberentur et neque potestate neque occasione aliqua a quolibet successore meo postea infringerentur . presentem cartulam sigillo b. Viti et sigillo domini Philippi archiepiscopi . nostro quoque roboravi . et quicumque hoc amplius infirmare vel irritare presumpserit . autoritate diuina et potestate mihi collata . sub stola et baculo pastorali perpetuo anathemati condemnauit . in oculis et presentia omnium fratrum et ministerialium ecclesie . qui interfuerunt . sed et aliorum multorum qui hec videre audire et intelligere potuerunt et huius rei testes existunt . quorum nomina hec sunt. Alardus de Thuscinbroc et Wernerus frater eius. Herimannus de Damme et Hardrat frater eius. Heribertus Brunigh. Erleuinus de Niderhoven. Emmo terre villicus. Godescæus de cimiterio. Sifridus de Bechusen. Rudolfus de Scihirt et Sifridus frater eius. Roleuinus de Herden. Giselbertus de silua. Cono de Breidenbuisch. Giselbertus de Waldhuisen. Sifridus de Haltirbruic. Lambertus. Theodoricus. Conradus. Rudolfus scabini et multi alii quos numerare longum est. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M . C . LXXX . III . indictione prima regnante Friderico Romanorum imperatore. Philippo autem archiepiscopo Colonie presidente.

Codex Gladbac.



## X.

Erzbischof Johann von Trier anerkennt das Patronat des Klosters Gladbach in Zeltingen und dankt für die Uebertragung der dortigen Pfarre an seinen Archidiacon Konrad. c. 1200.

I. Dei gratia Treuerorum archiepiscopus dilecto abbati de Gladebac totique conuentui salutem et sinceræ dilectionis plenitudinem. Uniuersitati vestrae notum esse volumus, quod honestatem vestram omnibus modis, quibus possumus, intendimus honorare et iuri vestro nullatenus derogare: Inde est quod ecclesiam de Celtan ultra tempus definitum et expressum in canonibus, post obitum pastoris sui vacare credissemus et eam dilecto filio C. Treuerensi archidiacono, intuitu honestatis suae, contulissemus, postmodum intelligentes, quod eandem ecclesiam cuidam caro vestro clerico honesto Mattheo pastori de Kempen infra paucorum dierum spatium post mortem sui pastoris contulissetis, testimonium praefati M. clerici admisimus et donatione, quam ei feceratis deferre dignum duximus. Et donationem, quam iam dicto Treuerensi archidiacono feceramus in irritum reuocantes, omne ius patronatus in memorata ecclesia de Celtan, vobis et auctoritati vestrae integre recognoscimus et in testimonio praefatorum nostrorum et nobilium nostrorum, quorum nomina subsequuntur, recognouimus: Quia vero liberalitatem vestram in hoc plurimum commendabilem esse sensimus quod supradictum Conradum Treuerensem archidiaconum in devotum vestrum adoptare et honestatem suam obsequiis vestris obnoxiam reddere voluistis et praenotatam ecclesiam de Celtan ei per praedictum M. clericum vestrum cum testimonio literarum vestrarum contulistis, donatione eidem M. clerico a vobis facta, per auctoritatem vestram penitus irritata et irritatione ista ab eodem M. coram nobis et subscriptis testibus recognita, benevolentiam nostram et praesidii nostri faorem in omnibus, quae poterimus et vobis expedire videbuntur habebitis semper

promptiorem. Nomina testium sunt haec: Praelatorum, Godf. abbas s. Eucharii, Conradus abbas s. Maximini, Albertus Treuerensis archidiaconus et s. Paulini praepositus, Wilhelmus archidiaconus, Fredericus cantor, Cono Treuerensis canonicus et noster capellanus, Joannes de Rosceio Treuerensis canonicus et reliqui fratres maioris conventus. Nomina Nobilium. Werri- cus de Walecuyl et filii eius, Joannes de Monte claro, Ru- dolphus de Malberc, Theodoricus de Bruken, Henricus et Fre- dericus fratres de Kalze et alii quam plures.

Nach der Abschrift des Abtes Anor.

## XI.

Abt Gerardus gestattet den Bewohnern der Ortschaft Geln, wegen dem Kloster geleisteter Dienste, aus dem Kammerforst der Abtei Brenn- und Bauholz, sowie Heidekraut zu entnehmen. 1205.

In nomine domini Amen. Universis presentes litteras vi- suris et audituris Gerardus dei gratias Abbas Fridericus prior Rudolphus custos Hermannus camerarius Alardus capellanus totusque conventus monasterii Gladbacensis ordinis s. Bene- dicti cum notitia veritatis eternam in domino karitatem. Que- reruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, expedit ut ea scripturarum munimine perhennentur. Hinc est quod tam ad presentium quam futurorum notitiam pervenire cupimus quod nos unanimi consensu assensu et libera volun- tate et specialiter propter diuersa seruitia nobis et nostro mo- nasterio impensa per Hermannum dictum An geme Ende Henricum dictum vanme Haene Henricum dictum vanme Haene conuicaneos et dictum Koninc nec non Gerardum dictum An geme Ende commorantes in villa Haene et pertinentes ad parrochiam nostram Gladbach damus et de- dimus concessimus et concedimus per presentes eisdem

Hermanno Henrico et Henrico conuicancis dicto Konine nec non Gerardo et ceteris hominibus utriusque sexus dicte ville vanme Haene et eorum liberis heredibus successoribus et posteris pro nobis nostris successoribus et nostro monasterio predicto liberam licentiam et facultatem resecandi in nemore quod dicitur Camervorst pertinens ad nos et nostrum monasterium ligna combustibilia videlicet non meliora imo mediocria pro eorum necessitate et utilitate, prout ipsis congruit, item et ligna apta ad aedificandum, cum necessitas ipsis seu alicui eorum incubuerit. Insuper concessimus et concedimus eisdem et eorum liberis posteris heredibus et successoribus licentiam et plenam potestatem in his scriptis pro nobis nostris successoribus et monasterio resecandi amputandi et euellendi miricam infra terminos dicti nemoris, prout ipsis videbitur expedire. Et ut sepedicti Hermannus dictus An geme Ende Henricus dictus vanme Haene conuicanei dictus Konine et Gerardus dictus An geme Ende et eorum liberi heredes et successores ac alii quicumque homines cuiuscunque sexus existant et conditionis in dicta villa Haene residentes maiori gratia et fauore et libertate per nos ditentur et perpetuo iure gaudeant, quitos liberos et solutos dimittimus et proclamamus eosdem ab omni onere et seruitute eligendi et faciendi decimum et scabinos inter ipsos aut aliquem eorundem. Renunciamus etiam pro nobis nostris successoribus et monasterio omnibus exceptionibus et defensionibus iuris canonici et civilis, beneficio restitutionis in integrum doli mali litteris et privilegiis a sede apostolica seu quocunque alio iudice ecclesiastico sive mundano impetratis et impetrandis quibus venire possemus contra premissa vel premissorum aliquod in futurum penitus inpermissis. In cuius rei testimonium et ut premissa omnia et singula predictis Hermanno dicto An geme Ende Henrico dicto vanme Haene Henrico dicto vanme Haene conuicancis dicto Konine et Gerardo dicto An geme Ende eorum liberis heredibus successoribus et posteris et utriusque sexus hominibus tam pauperibus quam divitibus dicte ville

Haene perpetuo maneant inconvulsa, ipsis contulimus presens instrumentum sigillis nostris propriis scilicet Gerardi abbatis et conventus predictorumque presentibus appensa sunt, firmiter communitum. Datum et actum anno dominice incarnationis M. CC. X. quinto in vigilia nativitatis beati Joannis baptiste.

Nach zwei Kopiarrien im Düsseldorf'schen Staatsarchiv. Die Urkunde ist mit einigen Abweichungen abgedruckt: Lacomblet, Archiv, 1. 243.

## XII.

Bestimmung des Abtes Hermannus über die Entrichtung des  
Dülfener Zins an das Kloster in Neuwerk. c. 1210.

In nomine domini. Ego H. abbas gratuita miseratione dei pastor qualiscunque in gladebach presentibus et successuris in perpetuum. Quorundam preiudicia frequenter experti . de cetero ne similia patiamur in rebus ecclesiasticis presenti nobis pagina prospicere volumus. Ordo enim iustitie exigit . et ratio dictat . ut prelati . et pastores . sibi subditis compati . et eorum profectibus studeant prospicere. Constet igitur tam presentis quam futuri temporis posteritati . qualiter venerabilis predecessor noster. Walterus abbas . cuius memoria in benedictione est . decimam in Dulken . ob spem futurorum . sororibus novi operis . beate Marie . et deo servientibus tadiderit <sup>1)</sup> . et hoc factum usque ad tempora nostra absque ulla contradictione duraverit. Quoniam igitur dies mali sunt . et dies posterior . fit sepe deterior ex quorundam insolentia res ad hoc perducta est . quod parrochiani de Dulken . pro ipsa decima . excommunicationis sententia laboribus et expensis non modicum vexati . quidam decimam suam in agris relinquere quidam annuam pensionem que path in vulgari sonat persol-

<sup>1)</sup> Man sehe die Urkunde Nr. III.

vere contendebant. Hac controversia subtili oculo perspecta . detrimentum ecclesie exinde oriri pertinuimus . parrochianisque in presentiam nostram convocatis ad hoc rem perduximus . ut salvo iure utriusque partis . parrochiani annuam pensionem cum mensura que ad nostra tempora perducta est in granario sororum propriis expensis representent. Est autem decima que dicitur superabundans de fructetis et miricis in agriculturam reductam . quam parrochianis ad ecclesie sue restaurationem . et annue pensionis subplementum indulimus . conditionaliter tamen . scilicet ut ante vindemiam sex viros boni testimonii in Gladebach transmittant . qui nobis vel successoribus nostris cautione prestita . predictam annuam pensionem statuto tempore . scilicet . XIV . diebus ante festum beati Remigii . et totidem diebus post festum persolvant. Quod si soluta non fuerit . predicti sex viri IV . marcas abbati persolvere tenebuntur . cum omni integritate predictae annonae. Ut autem hoc factum stabili vigore sine contradictione perpetualiter duret . sigilli sancti Viti . et nostri impressione corroboravimus. Si quis autem hoc infringere presumpserit . obscurentur oculi eius ne videat . et dorsum eius incurvetur . et eterno subiacet anathemati. Si quis autem decimam suam predicto tempore reddere recusaverit . per ecclesiasticam censuram reddere cogatur.

Nach dem bis jetzt nicht gedruckten Original in der Bibliothek des katholischen Gymnasiums zu Köln.

### XIII.

Abt Hermann vermachet dem Kloster drei von ihm erworbene Mühlen (die „obere“ Mühle, die Fliescher- und die Kralls-Mühle). 1210.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus ecclesie filiis et fratribus .

quod ego Herimannus gratia dei abbas gladebacensis ecclesie lecto egritudinis prostratus . convocatis meis fratribus in testimonium . testamentum ut decuit preordinans . tria molendina que ex redditibus ab institutione veterum abbacie deservientibus ad usus proprios . salvo omni iure canonicali comparaveram . pro abolitione meorum excessuum conventui contuli perpetuo possidenda. Et quia evanescunt simul cum tempore que geruntur in tempore . nisi recipiant a voce testium vel scripture memorie firmamentum . et ne aliqua postmodum a meis possit oriri calumpnia . presentem paginam sigilli mei et beati Viti munimine confirmavi . anathematis vinculum in eos proferens . qui processum huius donationis contradictionis obstaculo prepedirent. Huius rei testes sunt. Andreas prior. Henricus decanus et plebanus noster. Henricus cantor. Gerardus camerarius. Wilhelmus custos. Alardus cellerarius. Wilhelmus villicus. Godescalcus Snuco. Acta sunt hec anno incarnationis M. CC. X . indictione XIV. regnante Ottone Romanorum imperatore . Theoderico archiepiscopo presidente.

Codex Gladbac.

## XIV.

Zeugniß des Rabodo über die Rechte, welche dem Abt von Gladbach in Neuß zustehen. 1220.

Ego Rabodo canonicus Nuxiensis et pastor in Arwilre et in Else universis presens scriptum inspecturis in perpetuum. Sicut a predecessoribus meis tam clericis quam laicis senioribus veraciter intellexi, ad abbatem Gladebacensem spectat visitatio, facienda professio, audienda confessio, sepultura monialium Nuxiensium <sup>1)</sup> sine preiudicio ebdomadarii, et ut breviter

<sup>1)</sup> Gemeint sind die Benediktinerinnen, deren Kloster zu Neuß im 9. Jahrhundert gestiftet wurde und in welches die Abtissin Gepa, Schwester Papst Leo's IX. im 11. Jahrhundert die Gebeine des hl. Quirinus übertrug.

dicam omnia iura spiritualia. Dictus quoque abbas mansionem prope palatium domini Coloniensis archiepiscopi habuit et habet, quia d. archiepiscopo ibidem existente supremi capellani locum obtinebit, et cum dicto conventui fuerit necessarium, aut quando sibi placuerit, maneat ibidem. Mansionis vero dicte murale ego existens notarius domini Adolphi Coloniensis archiepiscopi bone memorie <sup>1)</sup>, cuius muralis terminum sepis adhuc ibi posita demonstrat, cum camino et secessu ad honorem palatii destruxi. Ne vero hoc alicui veniat in dubium et reclamare possit, sigilli mei impressione testimonium perhibeo veritati.

Lacomblet. II. 89.

## XV.

Urkunde des Abtes Gerardus über die abtheilichen Wassermühlen.  
1231.

In nomine sancte et individue trinitatis. Qui in domibus domini honorem sortiuntur pastoralis officii, decet eos circa suos subditos pietatis effluitare visceribus, sed precipue circa illos, qui obsequiis divinis invigilant studiosi. Notum sit ergo universis tam presentibus quam posteris, presentem paginam inspecturis, quod ego Gerardus dei gratia humilis abbas ecclesie in Gladebach conventus mei multimodum inopiam considerans et panis defectum creberrimum, quem supplere cupiens molendinum inferius iuxta vineam situm, quod dicitur Vuersleht, a predecessore meo domino Waltero abbate rationabiliter comparatum et conventui collatum, et quedam alia tria molendina, in ipso contracta, nullo alio interiacente, subiacentia, ab ante-

<sup>1)</sup> Adolph I., Graf von Altena, starb nach seiner Resignation auf den erzbischöflichen Stuhl zu Neuß am 15. April 1220.

cessore meo domino Hermanno abbate comparata et eidem conventui collata, dictorum antecessorum donationem ratam tenendo cum omni iure, quod mihi vel abbacie in ipsis attinere videbatur, excepta prebenda sutoris fratrum, et procuratoris maioris curtis, ex communi consilio et consensu mei conventus fratribus in ecclesia Gladebacensi deo famulantibus in perpetuum donavi et ad cottidiani panis sui augmentum possidenda constitui, memoriam mee anime uberiores futuram sperans posteris, si relinquere eis aliquod memoriale stipendii temporalis, que molendina regenda et disponenda ad vite mee terminum suscepi, favore conventus mei postulante, et sub forma, que talis est, quod in vita mea de proventibus ipsorum molendinorum ad pondus unius libre et V denariorum coloniensis monete panem cuiusque fratris ecclesie mee cottidie adaugeam, et quod tunc augmento tali et molendinorum necessariis suprafuerit, in vita mea abbacie cedat usui. Hoc tamen non aliquo iure, sed ut supradictum est, favore mei conventus, ita mihi ordinante et annuente propter varios casus adversos et probabiles iacturas, quas fortuna mihi adversante in dictis molendinis sepius sum perpressus. Unde tamen post obitum meum nullus successorum meorum, abbatum videlicet, occasione aliqua alicui dispositioni vel regimini eorundem molendinorum se intromittat, nec pre ceteris confratribus ecclesie in ipsis molendinis ius aliquod vel respectum habeat prerogativum. Institui siquidem iam dicta molendina post obitum meum ab aliquo fratre ecclesie provideo, cui de communi consilio prioris et conventus iniunctum fuerit, regenda et disponenda, atque omne emolumentum illorum, quocumque casu emerit, ad augmentandum panem confratrum ipsorum pistrino per manum eiusdem fratris totaliter assignandum. Hec enim Hermannus prior et cuncti confratres nostre ecclesie nominatim infra descripti consentientes rata tenere et nec consilio, nec consensu, nec cooperatione unquam attemptare aut infringere polliciti sunt cum iuramento, licentia mea mediante. Id ipsum quoque ego Gerardus abbas suprascriptam



donationem faciens et institutionem, super principale altare beati Viti, sub stola et baculo pastorali, cum iuramento spondi. Preterea, ut hec intemptabiliora permaneant, ego et conventus meus cum iuramento et fide invicem data compromisimus, ut omnis deinceps recipiendus in consortii nostre ecclesie receptionem, id ipsum quod nos et sicut nos spondimus, cum iuramento de supradictis polliceatur. Omnes enim futuros adhuc confratres nostre ecclesie, qui id neglexerint, periueros excommunicavimus, presentes, qui neglexerint, ex proprio arbitrio excommunicandos denuntiando. Ut autem sepe dictorum molendinorum donationis et institutionis modus attemptari nequeat et perpetua stabilitate subnixius consistat, presenti pagine commendari fecimus, quam sigillo nostre ecclesie et nostro et testium nominibus infra curavimus communiri, quia dum gesta committuntur vel littere vel testium testimonio, universa calumnie ita succiditur materia, ne iusta litigii occasio successoribus prestetur. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M . CC . XXXI . omnibus confratribus nostre ecclesie presentibus cooperantibus et consentientibus, quorum nomina hec sunt. Hermannus prior. Conradus. Fridericus. Alardus. Henricus de Thuschenbruch. Arnoldus. Henricus. Rudolfus custos. Fridericus camerarius. Leonius hospitalarius. Hermannus. Gerardus. Joannes. Hermannus. Henricus. Petrus. Ludovicus. Volquinus. Hermannus. Joannes. Godefridus. Theodoricus et presentibus hominibus et ministerialibus ecclesie nostre, Alardo de Thuschenbruch. Brunone de Dalen advocato. Godefrido de Overkenne. Joanne villico. Conrado de Behusen. Reinero advocato. Conrado de Alrode. Waltero de Niderhoven. Joanne de Halterbruch. Hermanno de Damme. Conrado de Damme Alardo de Als. Godescalco de Foresto. Rudolfus de Strata et aliis quam pluribus tam monachis, tam clericis, quam laicis.

Codex Gladbae.

## XVI.

Erzbischof Konrad inforporirt dem Kloster zu M. Gladbach die dortige Pfarre. 1242.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister, Italie archicancellarius, Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum, Eius intuitu et respectu, qui nos ad pontificalis dignitatis apicem sublimavit, tanto vigilantius viros religiosos promovere, fovere ac defensare tenemur, quanto gratius obsequium in religionis observantia et rigore ecclesiastice discipline Jhesu Christo praestatur. Cum ergo ecclesie Gladebacensis edificia et officine fratrum in ea domino famulantium propter vetustatem adeo collapse sint, ut per eos restaurari non valeant, cum ipsis ad restaurationem eorundem proprie non suppetant facultates et ad hoc labor exigatur sumptuosus: nos ipsorum necessitati et inopie paterno compatientes affectu, ad supplicationem abbatis et eorum duximus concedendum, ut ecclesia Gladebacensis parochialis cum vacaverit, ad reparationem praedictae fabrice cedat in perpetuum sub hac forma, quod post consummationem dicte fabrice dicte ecclesie redditus cedant eisdem fratribus in supplementum defectus stipendiorum suorum. Ita tamen, quod abbas personam idoneam ad curam animarum recipiendam pro investito praesentet archidiacono loci illius, qui et tam nobis, quam eidem archidiacono, decano et aliis, quibus quicquam iuris debetur, de ipsa ecclesia respondere et sufficere possit competenter, Ut ergo haec nostra concessio rata permaneat et inconvulsa, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Colonie anno domini M. CC. XL. II in die Valerii episcopi et confessoris.

Codex Gladbae. — Sacomblet. II. 276.

Der Erzbischof wiederholte die Bewilligung mit den nämlichen Worten in einer Urkunde d. d. Colonie 1245 mense Junio, nachdem die Bestätigung des Papstes Innocenz IV. d. d. Lugdini XIV. kal. Martii pontif. anno secundo erfolgt war. Siehe Urkunde Nr. XX.

## XVII.

Heinrich, Probst zu Xanten, gibt seine Zustimmung zur Inkorporation der Pfarre. 1242.

H. dei gratia Xanctensis prepositus et archidiaconus Coloniensis universis presentia inspecturis in vero salutari salutem, et veritati testimonium perhibere in perpetuum. Votis pie petentium ulterior prestari debet exauditio, si in dei laudibus iugiter ac frequentius insudare dinoscuntur. Cum ergo ecclesie Gladebacensis edificia et fratrum ibidem Christo Jesu famulantium officine ex vetustatis vitio ruinas minarentur undique, ac dicti fratres ex multimodis infortunii casibus adeo depauperati, ut alimenta et stipendia ipsis deficerent, ita ut etiam exinde rigor et norma ecclesiastice discipline inter eos claudicare inciperet, neque proprie facultates ad ruinosarum rerum reparationem et ad supplementum defectus alimonie sufficerent, abbas et conventus eiusdem cenobii tantam nobis suam penuriam monstrarunt, humiliter postulantes et devote, quatenus pro ipsis affectum compateremur. Igitur quia pium est super afflictos pia gestare viscera, et maxime in religiosis et laborantibus in rigore et ordinis disciplina, nos intuitu eius, qui nullum malum impunitum et nullum bonum irremuneratum permittit, ex consilio et instinctu prudentium virorum, dicti abbatis et conventus inclinati precibus, indulsimus eisdem, ut dum ecclesia Gladebacensis parochialis, que cenobio ipsorum est annexa, vacaverit, ad reparationem rerum lapsarum et in augmentum sustentationis sue ipsis cedat in perpetuum. Salvo eo, quod abbas memorati cenobii personam idoneam ad curam animarum recipiendam representet, que tam domino Coloniensi archiepiscopo quam nobis et nostris successoribus et aliis, quibus iuris quicquam ibidem debet, in iuribus suis respondere possit sufficienter. Ut autem hoc ratum permaneat et inviolabile, presens scriptum sigilli nostri munimine duxi-

mus roborandum. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M. CC. XI. . II, ipsa die Juliane virginis. Coram his testibus magistro Joanne decano, magistro Brunone, Everwino canonico Xanctensi, Joanne de Hulse, Waltero de Loiffsittert, militibus, Gerharde Kedde cognomine, et aliis quam pluribus clericis et laicis.

Codex Gladbac.

---

## XVIII.

Abt Hermannus überträgt dem Priester Sifrid die Pfarre Gladbach. 1243.

Universis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum inspecturis. Hermannus divina permissione abbas et totus conventus Gladebacensis cognoscere veritatem. Quia quemadmodum ex venerabilis patris nostri domini Conradi s. Coloniensis ecclesie archiepiscopi clementia et sue pietatis obtinuimus compassione, ut ecclesia parochialis Gladebacensis cum fructibus inde provenientibus ad fabricam nostri monasterii et in augmentum stipendiorum nostrorum cedat et hoc idem venerabiles domini Xanctensis et s. Severini in Colonia prepositi, spontaneo et hilari assensu approbantes, dignati sunt suis instrumentis confirmare, ita in quantum eam ecclesiam nobis vacantem contulimus Sifrido sacerdoti, nomine pastoris sub hac forma, ut fructus prememorata ecclesie integraliter recipiat, sicuti et sui predecessores, suis prelatis in iure suo satisfaciens et nobis annuatim in suis temporibus in summa XII marcas colonienses, quatuor statutis terminis anni, videlicet intra octavam Pasce III marcas, et infra octavam Jacobi apostoli III, atque in festivitate omnium sanctorum III et infra octavam nativitatis domini tantundem ad opus predictae fabrice promptissime administret. Ad omnem ergo ambiguitatis cavillationem in posterum evitan-

dam, prenomnatus sacerdos in plenario iuramento affirmavit votum faciendo et in presentia plebanorum et sociorum circum-sedentium filiorum decani in Suchtelen, plebani in Virsen, in Dulken et in Reida plebanorum, fide corporali prestita manifeste sponndit, se prefate pecunie pensionem ad terminos supra prefixos promptissime erogare, arbitrando voluntarie si sepe dictam summam terminis prenomnatis, quod absit, non solveret, sive denariis vel pignoribus sufficientibus, aut si induciarum tempus prorogatarum a nobis ex gratia non obtineret, quod eo facto deinceps in labem periurii incidisse et fidei violator manifestissime probaretur. Ergo eriminis periurii, auctoritate prenominatorum prepositorum et decani Suchtelensis, excommunicatus et vitandus ab omnibus habeatur. Preterea sepe dictus sacerdos in presentia prenominatorum sociorum renuntiavit omni iuri, quod ipsi super eadem ecclesia allegando contra nos in posterum posset suffragari. Ne autem hic processus aliqua ignorantie nube valeat obumbrari, presentem scedulam sigillo nostri conventus et decani Suchtelensis et prefati Sifridi sacerdotis sigillis derevimus insigniri. Acta sunt anno dominice incarnationis M. CC. XL. III. Coram prenomnatis sacerdotibus et aliis testibus. Henrico priore. Rudolfo custode. Leonio. Theodorico. Arnolde sacerdotibus et monachis. Thoma villico et aliis quam pluribus, tam clericis, quam laicis.

Codex Gladbac.

---

## XIX.

Verordnung des Abtes Hermannus II. und des Grafen Wilhelm von Kessel über die Benutzung der Gemeindegünde. 1243.

Universis s. matris ecclesie filiis, tam clericis, quam laicis presentem paginam visuris, H. divina miseratione abbas Gladbacensis ac totius ibidem conventus, necnon et W. eadem per-

missione comes Kesselensis veritatis in perpetuam cognitionem. De prudentum quidem videtur processisse consilio, ut ea quorum perpetualis erit memoria, scripture fulciantur stipite, ne erronea malignorum occasio minus suffulta privilegiis inventa valeat supplantari. Cum igitur Gladebacenses parrochiani, pro suorum lignorum communione ad nos multimodnm detulerint querimonie clamorem, quod potentes subditos, divites inopes supprimerent et expertes dicte communitatis heredes veros in suorum resecatione lignorum violenter et enormiter spoliarent, tandem pauperum inclinati precibus, viduarum ac orphanorum miserti lachrimis, sapientum et prenominate parrochie virorum prehabito unanimi consilio, decrevimus, ut memorata communio tam lignorum quam fundorum tum divitibus tum pauperibus, ibidem quicquam iuris habentibus, equaliter partiatur. Ita videlicet, ut unicuique mansui sua portio, prout commodius et aptius fore poterit, palis distincta et sulcis adscribatur, verumtamen hac prehabita cautione, ne a quoquam sua portio fossis aut sepiibus, vel alicuius munitionis macerie circumvalletur, sed sicut ab antecessoribus et nostrorum veterum patrum temporibus commune inveniebatur omnibus, sic universis parrochianis patulus introitus pecuali pascue permittatur. Cum nempe a primorum prothoplaustorum semine ad nostrorum devenerit tempus filiorum, quod fraus fraudi nequeat resitere, quam pro parte suppressere volentes, ex generali sepe dietorum parrochianorum petitione duximus stabilire, ut quicumque alium in sua hereditaria portione aviditate temeraria lignis presumpserit condempnare, pro singulari arbore quercino Holtgravio, scilicet domino abbati quinque solidos colon. nomine Koire, et fundi hereditario inquilino tres solidos pro illata iniuria, omni occasione remota, oportebit erogare, pro carrata vero Alnorum lignorum domino abbati duodecim denarios, inquilino autem fundi duos solidos pro emenda dabit satisfactionis. Hoc itaque ex eorundem nutu confirmavimus cum monitione, quod unaqueque integralis particula sive advocatie sive hominii mansui annotata,

ad iurisdictionem stabit abbatis, sicut a predecessorum tempore, excessus iudicandum. Igitur quantum refert ipsorum, spontanee concessit communitas, ut nemo particulam memorate communionis sibi assignatam a suo integrali mansu per venditionem valeat alienare, nec evellatis arboribus fundum supervacue relictum truncatim debeat extirpare. Postremo itaque omnibus articulatim expressis dicimus et veritate comprobamus, quod sicut a longevis temporibus ius dictavit et gratia, quilibet mansus in memorata villa situs advocatie attinens, ecclesie nostre scilicet Gladbacensi annuatim duas carratas lignorum siccorum ad usum fratrum ibidem domino famulantium absque ulla occasione largissime presentabit, ne pro carentia ad nos advocatum de iuris defectu querimonia deferatur. Ut autem universalis hec spontanea divisio stabilis et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine tradimus roboratam. Actum et datum anno dominice incarnationis M. CC. XLIII. coram his testibus: Henrico priore. Arnolfo camerario. Rudolfo custode. Theodorico et Herimanno monachis. Conrado milite. Anselmo, Henrico, Herimanno, Conrado, Waltero, Herimanno, Conrado scabinis et aliis quam pluribus.

Codex Gladbac. — Lacomblet, II. 281.

---

## XX.

Papst Innocentius IV. bestätigt der Abtei Gladbach den Besitz der ihr inorporirten dortigen Pfarre, sowie ihrer andern Güter und Gerechtsame. 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Gladbachensis, ord. s. Benedicti, Colon. dioc., salutem et apostolicam benedictionem. Iusta potentibus desideriis dignum est nos facilem prebere consensum

et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam de Gladebach Colon. dioc. cum pertinentiis suis, quam ex concessione venerabilis fratris nostri, Coloniensis archiepiscopi, diocesani vestri, capituli Coloniensis et patronorum ipsius ecclesie accedente consensu, monasterio ex pia liberalitate concessit, nec non terras, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis et in litteris exinde confectis dicitur plenius contineri, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et b. Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum. Datum Lugduni XIV. Kalendas Martii. Pontificatus nostri anno secundo.

Codex Gladbac., verglichen mit einer Kopie im Düsseldorfer Staatsarchiv.

## XXI.

Erzbischof Konrad von Köln bestätigt den Vertrag des Klosters mit dem Pfarrer. 1247.

Omnibus presentium tenorem auditoris tam presentibus quam futuris Conradus dei gratia s. Coloniensis ecclesie episcopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, eternam in domino salutem. Quemadmodum pontificalis dignitatis postulat titulus, circa nostrorum solliciti sumus profectum subditorum, quos sub rigore discipline positos ad devotionis et obedientie semitam flexibiles perscrutamur. Eapropter sciant universi ac singuli, quorum scire interest, quod cum indulserimus dilectis in Christi abbati et conventui Gladebacensi, de mera liberali-



tate concedendo eisdem, ut ecclesia Gladebacensis parochialis cum suis pertinentiis ipsis cedat in perpetuum et ab ipsis postmodum, perscrutatis diligenter eiusdem parochialis ecclesie redditibus, ex premeditata discretorum ordinatione, libratis hinc inde fructibus, deereverunt, ut plebanus, cui memorate parochialis ecclesie cura animarum committitur, singulis annis dictis abbati et conventui XII marcas colonienses statutis terminis de sepe dicte ecclesie fructibus ministret et residuum sibi obtineat, ut ex eo in sue vite necessariis sustentetur. Eam ordinationem et pensionis numerum duodenum tanquam licitum approbantes cum favore concedimus atque cum dispensationis gratia confirmantes, presentis scripti patrocinio, veluti in instrumento dicte ordinationis inseritur, communimus. Inhibentes districtius sub pena excommunicationis late, ne quis dictam ordinationem presumat infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, ex tunc se noverit excommunicationis vinculo innodatum. Datum anno dominice incarnationis M. CC. XL. VII., mense Novembris.

Codex Gladbac.

---

## XXII.

Bergleich des Pfarrers Sifrid und der Abtei. 1253.

Universis, quibus presens scedula oblata fuerit, Sifridus sacerdos humilis plebanus de Gladebach, Colon. dioc., viscera caritatis acceptans placide, mente gratiosa, gratiosum mihi exhibitum pii iuraminis affectum a ven. dominis abbate videlicet et conventu monasterii Gladebacensis omnibus innotescat, quorum scire interest. Cum sicut et indulsit eis et confirmavit superiorum autoritas, singulis annis ipsis de parochiali ecclesia Gladebacensi mihi ab ipsis sic collata, dare deberem sub

certa pensione XII marcas, quod ipsi me in hac pensione persolven dauidentes nimio pondere aggravatum, super meo sublevamine pia gestarunt viscera, taliter cum maturo consilio ordinantes, ut pro ipsa pensione XII marcarum ipsi recipiant decimam frugum cum integritate, quam ego et mei predecessores eiusdem ecclesie pastores in usus nostros hactenus introducere solebamus. Et preterea habeant oblationes IV principalium solemnitatum in anno oblatas et offerendas in ipsa parochiali ecclesia, videlicet ipsa die nativitatis domini ad omnes missas, in die solemnitatis pasche, in festivitate omnium Sanctorum et in die proxima, qua universalis memoria fidelium agitur animarum. Adiicientes insuper, quod ipsis cedant denarii missales, tam in Gladebach quam in villa, que Hart vulgariter appellatur. Verum quia dicti denarii missales vix vel cum difficultate colliguntur, quia eorum debitores per alicuius gravaminis calculum compellantur, talis intervenit conditio, quod ego plebanus dictos denarios colligam et pro eis singulis annis presentabo XXX solidos, quorum medietatem solvam infra octavas nativitatis domini et residuam partem infra octavas pasche et sic huius ordinationis facto contenti erunt dicti abbas et conventus, singulis annis a me plebano nihil amplius requirentes. Hanc in ordinationem sperans cum sano moderamine utrobique satis sustinendam, ipsi conventui congruam, mihi aptam, utilem et pacificam, in ipsam consentio et arbitror, expresse renuntians in usus conventus predictae frugum decime ac memoratis IV solemnitatum oblationibus, affirmans etiam pro ante dictis missalibus denariis omni occasione postposita, prefixis temporibus me XXX solidos pagaturum. Ad cuius ordinationis observantiam, fide sacerdotali prestita in manus ven. domini H. abbatis, in verbo veritatis me oblige, sub testimonio virorum venerabilium, scilicet domini Arneri, s. Cuniberti in Colonia decani, quo mediante concepta et subscripta ordinationis forma, et domini Henrici de Virschin Stralensis capituli decani, quorum sigillis una cum meo presentem scedulam in testimonium

petii roborari, ut si sepe dicte ordinationi contraire presum-  
psero, vel summam XXX solidorum, ut prefatum est, non sol-  
vero, nisi de ipsis inducias habuero, seu per fraudulentiam  
ipsi conventui in suis festivalibus oblationibus impedimentum  
ingero, quod per testimonium dictorum ven. virorum convictus,  
transgressor sacerdotalis fidei comprober et per consequens in-  
cidam in laqueum pene condigne et in sententiam super ea or-  
dinatione a superiore latam, districto excommunicationis fulmine  
confirmatam. Actum anno domini M . CC . L . III., mense  
Martio.

Codex Gladbac.

---

## XXIII.

Abt Theodorich schenkt dem Konvent das Haus Bochoß. 1261.

In nomine domini. Nos Theodoricus dei gratia abbas Gla-  
debaecensis omnibus innotescimus, quorum scire interest. Cum  
nos sentiremus post venditionem bonorum super Mosellam, tem-  
poribus nostri predecessoris venditorum, dilectos confratres  
nostros quodammodo in potu vinorum habere defectum, quod  
eius instinctu, qui populo sitiendi aquam de petra produxit,  
super eos tanquam afflictos pia gestantes viscera, cum paterna  
meditatione ipsis ad restaurationem dictorum bonorum vendi-  
torum, domum in Bochoß, cum vineis, prouentibus, et omni-  
bus appenditiis, perpetuo libere tradidimus et donauimus, ut ex  
eis vina recipiant ipsis perenniter propinanda. Hanc ergo  
nostram donationem sub stola et baculo tanquam rationabilem  
confirmantes, sub anathematis interminatione, districtius inhibe-  
mus ne quis ausu temerario ipsam infringere audeat, vel pre-  
sumptione qualibet perpetuo immutare. Actum et datum anno  
dominice incarnationis M . D . LX . L . mense martio.

Nach der Kopie des Abtes Snor.

---

## XXIV.

Abt Theodoricus erklärt mit Zustimmung des Priors und Konvents Werthsachen und Bücher des Klosters verpfändet zu haben. 1262.

Nos Th. dei gratia abbas de Gladebach omnibus innotescimus quorum scire interest . Cum dilecti nostri . . prior et conventus nostri monasterii nobis ad indigentiam nostri prestiterint quosdam ornatus et libros nostre ecclesie quos in nostros usus nomine pignoris exposuimus, quod dictos ornatus et libros cum prefati prior et conventus a nobis requisierint, remota omni occasione voluntarie redimemus et ut ipsius restitutionis maiorem habeant certitudinem, dedimus eis fideiussorem Hermannum villicum nostrum de Ude qui se et bona sua pro nobis obligavit in solidum, quod ipse de certissimis prouentibus nostris apud Ude de Kempene in anno proxime futuro prefata pignora redimet et redempta prenominatis priori et conventui representabit. Adicimus pretera quod sepedicti prior et conventus aliquem defectum non habebunt in stipendiis suarum prebendarum occasione nostrorum prouentuum sic obligatorum, sed eis solito more dabimus omnia ministranda. Et ne hec prescripta alicui veniant in dubium, eis hanc cedula nostro sigillo dedimus roboratam. Datum anno domini M . CC . LX. secundo, mense Septembri.

Wie jetzt ungedruckt. Das Original befindet sich im Staats-Archiv zu Düsseldorf. Das Siegel des Abtes Theodorich (s Theoderici dei gratia abbatis s. Viti in Gladebach.) an einem Pergamentstreifen anhängend, ist, mit Ausnahme des unteren Theils, noch ziemlich erhalten. Dasselbe zeigt den Abt in sitzender Stellung, mit Evangelienbuch und Stab.

---

## XXV.

Urkunde über die Stiftungen des Ludwig von Kempenich. 1269.

Universis in Christo pie degentibus tam presentibus quam futuris presentium tenorem auditoris Theodoricus dei gratia huius

Gladebacensis monasterii abbas eternam in domino salutem. Salutifere eruditioni et fidei documentis aures intelligentie feliciter aperuit, qui monastice professionis discipline mancipatus, in hoc sanctorum patrum monita et regularia insequitur vestigia, quod nil sibi proprietatis retinens, aut quicquam thesaurizando loculis recondens, ea que suis sumptibus exsuperant, ex libera et pura conscientia per ordinationem et consilium sui superioris in sacros usus sui monasterii et alias obedienter convertere satagit, et sic post carnis transitum eius pia memoria cum electis conscripta de libro vite perpetuo non deletur. Hinc est quod dilectus in Christo noster confrater et filius Ludouuicus de Kempenich sac. et mon., cuius conversatio non immerito laudibus attollitur, ex divina sibi inspirata gratia, suis non abutens sumptibus, sed collata sibi desuper voluntaria sufficientia de stipendio sue prebende quosdam census annuos perhenniter solvendo obedienter congregavit, ex quibus quoddam laudabile memoriale ad laudem sui creatoris et sue precellentissime genitricis et virginis Marie feliciter instituit, cuius recordatio domino opitulante perpetuo perdurabit. Instituit itaque ex predictis censibus in singulis IV solempnitatibus beatissime dei genitricis Marie attitulatis, videlicet in purificatione, annunciatione, assumptione et nativitate ipsius, ceream candelam de talento uno ante altare ipsi virgini et matri in crypta consecratum, a pulsando signo primarum vesperarum usque ad occasum solis sequentis diei nocte ac die iugiter concremandam. Instituit preterea ante aram glorioso pontifici Nicolao similiter in eadem crypta dedicatam, lampadem sine intermissione die ac nocte iugiter perpetuo ardentem et in solempnitate ipsius pii pontificis cereum de dimidio talento totaliter concremandum et sacerdoti missam celebranti die solempnitatis in ara ipsius pontificis denarium unum similiter instituit offerendum. Ordinavit insuper solenni providentia, post transmigrationem huius temporalis exilii in anniversario depositionis sue maldrum siliiginis in panes convertendum et pauperibus ac egenis cubicu-

lariis propter deum et in sui memoriam largiendum. Disposuit preterea felici recordatione in commemoratione sui anniversarii vespere vigiliis et mane missam pro defunctis decantandas, et unicuique fratrum presenti in choro et non absentibus obulum unum tam in missa quam in vigiliis erogandum et ebdomedario insuper sacerdoti missam pro defunctis celebranti duos denarios, diacono ad missam legenti unum denarium et subdiacono obulum, atque campanario tam in vigiliis quam in missa signa compulsanti obulum unum instituit ministrandum. Et hec omnia pretitulata per manum prioris monasterii quicumque fuerit pro tempore fideliter peragenda. Nos itaque ipsius pio desiderio paterno affectu obviare volentes, ad eius supplicationem huiusmodi laudabile memoriale, quemadmodum provide factum est, ita sub stola et baculo legitime confirmavimus et confirmamus, robur ei perpetuum imponentes. Inhibentes districtius etiam sub pena excommunicationis et anathematis determinatione, quas in his pronunciamus, ne quis in posterum hanc ordinationem seu memoriale infringere aut immutare presumat. Quod si quis temerario ausu attemptare presumpserit, deputamus ei excommunicato partem recepturam cum Iuda traditore domini et cum Dathan atque Abiron in profundum abissi sine fine perpetuo demergendum. Actum anno dominice incarnationis M . CC . LX . IX . infra octavam penthecostes. Et nos ad nostre confirmationis robur et munimen, nostrum sigillum una cum sigillo conventus presentibus duximus apponenda. Hic inveniuntur etiam prenotati census diligenter subnotati, ex quibus, ubi et quando persolvantur.

In purificatione b. Marie apud Espen in palude, domus quondam spabens XII denarios. In nativitate b. Marie apud Lignum Hermannus dictus Hosenbart XV den. de X iurnalibus agrorum iacentibus prope Olrade. Item eodem die ibidem bona quondam Lirmans unum denarium de campo uno curti adiacente. Item eodem die Tilmannus de Olrade IV den., de agris curti sue adiacentibus. Item possessio dicti Wilde ibi-

dem IV denarios, pullum et omnia iura. In festo b. Remigii Hermannus, qui habet filiam dicti Gelinis in foro solvit maldrum siliginis de IV iurnalibus agrorum iacentibus prope curtem de Bokle et antiquitus ad ipsam curtem pertinebant. In festo b. Martini apud Verschen Stenuorde bona Hermanni et Rielendis IV. solid. Item casa adiacens Aleidis filie Godelifh XII denarios. Item eodem die Irmentrudis relicta Conradi de Quercubus et heredes sui XII denarios de XII iurnalibus agrorum. Item eodem die bona de Horreo ibidem IV. solidos. Item eodem die Sophia de theatro id est Spelhove <sup>1)</sup> II denaris de agris. Item Henricus filius Spolti de Halterbruch II denarios de agris. Item in foro eadem die domus Hermanni dicti Gelinis XVIII denarios. Item eadem die domus Henrici filii Burgmann ibidem XVIII. Item eadem die Wilhelmus dictus Scilpit II denarios de vibicibus, id est Birken. Item eadem die Philippus dictus Cloppetscit unum denarium de eodem. Item Ecbertus IV denarios de eodem. Item Lucas II denarios de eodem. Item in nativit. b. Marie apud Olrade Leo carpentarius II denarios de agris. Item frater eius Hartwicus unum denarium de agris.

Codex Giadbac.

---

## XXVI.

Heinrich von Kessel verwandelt seine Sommer- und Herbstrente von Gladbach in eine fixe Abgabe von 76 $\frac{1}{2}$  Mark. 1274.

Nos Henricus comes de Kessele presentibus scriptis protestamur et notum cesse volumus, quod nos ad petitionem uni-

---

<sup>1)</sup> Nach Mooren waren die Spielhäuser, — Spielhöfe, wie es hier heißt — Gemeindhäuser, die nicht nur zu gerichtlichen Verhandlungen, sondern auch zu geschäftlichen Zusammenkünften, ebenso zu Festessen, Tänzen und Auführungen dramatischer Spiele dienten. S. Annalen d. hist. Vereins f. d. Niederrhein, 1861, S. 295.

versorum parrochianorum in Gladebach, in bonis ad advocatiam nostram pertinentibus manentibus, promisimus et promittimus, quod singulis annis pro petitionibus nostris autumpnali et estivali, quas ibidem nobis solvere consueverunt, de cetero contenti erimus LXXVI marcis et dimidia, de quibus nobis assignabunt scabini ibidem sine expensis nostris LXX marcas legalium et bonorum denariorum in nativitate B. M. V., de residuis vero VI marcis et dimidia dabunt officialibus nostris III marcas pro labore ipsorum, III autem marcas et dimidiam dabunt scabinis de Gladebach pro expensis et labore, quem facient predictam pecuniam colligendo. Insuper etiam salva nobis erunt omnia iura, que hucusque domino patri nostro b. m. et nobis tam de pullis quam de avena et quam et de vectigalibus facere consueverunt. Adiectum est etiam, quod si predicti parrochiani de Gladebach in solutione dicte pecunie negligentes fuerint et termino nominato, ut dictum est, non persolverint, nos petitionem nostram autumpnalem et estivalem ab ipsis pro voluntate nostra, sicut usque nunc fecimus, requirere possumus et requiremus. Solutionem vero dicte pecunie singulis annis in nativitate B. M. V. sine contradictione et omni impedimento nobis facere tenentur. In cuius rei testimonium hanc litteram conscribi fecimus et sigillo nostro communiri. Testes autem, qui huic facto interfuerunt, sunt hi: Henricus capellanus noster de Kessèle et notarius. Godefridus Buth dapifer noster, Nicolaus de Bruke milites. Willelmus Schillepeit de Gladebach, Joannes de Eterne famuli nostri. Hermannus noster scriptor et universi scabini de Gladebach. Actum et datum sutele, anno domini M. CC. LXX. IV., feria V. proxima ante festum b. Gregorii pp.

Codex Gladbac. — Sacombst. II. 663.



## XXVII.

Schenkungs-Urkunde des Ritters Nicolaus von Niderhoven. 1280.

In nomine domini. Quoniam sacra testantur eloquia, quod fiducia erit maxima coram summo deo elemosina omnibus qui faciunt eam et precipue his impartita, qui pro suis benefactoribus crebra domino fundunt precamina et in dei laudibus iugiter perseverant. Hac ergo amonitione compunctus, Ego Nicolaus dictus de Niderhoven miles, ex libera voluntate tradidi fratribus et monachis monasterii Gladebacensis ibidem domino famulantibus nomine elemosine unam marcam Colon. denariorum legalium, annis singulis ministrandam, ut nomen meum et parentum meorum cum plena fraternitate orationum et beneficiorum in memoriali registro fraternitatis regulariter conseribatur. Hanc itaque marcam deputavi et deputo fratribus ministrandam singulis annis in perpetuum ab abbate ipsius monasterii, qui fuerit pro tempore, de feudo hereditario ipsius marce, quam ego Nicolaus predictus comparavi meis denariis erga honorabilem virum Wilhelmum de Tuschenbroich militem in qua feudali marca fui sub firmo testimonio feudali et vasallorum perpetuo stabilitus et sic ipso feudo dicte marce pro me ac pro meis heredibus presentium testimonio publice renuntians, sub meo sigillo huic pagine appenso humiliter hanc meam donationem petii ab ipso domino Theodorico abbate sub stabili privilegio communiri.

Nos itaque Theodicus de gratia abbas hanc sacram donationem approbantes, tam autoritate propria quam nostrorum successorum sub anathematis vinculo perpetualiter comunimus, assignantes fratribus ipsam marcam perhenniter ministrandam de domo et area in vinea nostra sita et de decem iurnalibus terrae arabilis ipsi domui et areae ad maiorem cautelam inseparabiliter annexis. Proviso tamen eo, quod omnia casualia, scilicet porrectiones, Kormude et omnia emergentia de ipsa domo, area et agris, nobis et nostris successoribus cedant per-

petuo conservanda. In cuius consensus assignationis et confirmationis robur et testimonium presentem scedulam nostro sigillo una cum sigillo conventus firmiter decrevimus roborandam et fecimus communiri. Actum anno Domini M . CC . LXXX.

Codex Gladbae.

## XXVIII.

Theodorich, Herr von Mörs, bekundet, daß Ritter Wolter und dessen Gattin den von der Abtei Gladbach erworbenen Hof zu Halen der Abtei Kamp geschenkt haben. 1282.

. . . . Theodoricus dominus de Morse notum esse cupimus  
. . . . . quod constituti coram nobis necnon et coram  
iudice et scabinis in Morse fidelis noster Wolterus dictus  
Wicke miles et Elyzabeth eius uxor . . . . . bona sua in  
Halen, curtem scilicet cum omnibus suis attinentiis, quorum  
bonorum et cuius curtis proprietatem a venerabilibus viris ab-  
bate et conventu de Gladebach ordinis s. Benedicti comparasse  
dinoscuntur, contulerunt in Elemosinam pure propter deum  
religiosis viris abbati et conventui monasterii Campensis eister-  
ciensis ordinis . . . . .

Actum et datum in mense Maio, anno d. M. CC. LXXX. II.

Die vollständige Urkunde, aus welcher wir nur das auf Gladbach Bezügliche aufnehmen, findet man bei Lacomblet, II. 763.

## XXIX.

Graf Heinrich von Kessel entläßt ein der Abtei Gladbach zinspflichtiges Grundstück zu Westrich im Kirchspiel Reyenburg aus seiner Vogteifchaft. 1285.

Nos Henricus comes de Kessele ac Lisa nostra uxor notum esse volumus, quod Pelegrinus plebanus ecclesie de Holzwilre

tenet et pro suo possidet iusto emptionis titulo mansum terre arabilis cum dimidio, scilicet nonaginta iurnales, sitos in Westrich in parochia de Keyenburg, quorum iurnalium mansus seu sexaginta iurnales fuerant Lutgardis relicte quondam Petri de Westrich, triginta vero fuerant Rutgeri filii Reynardi militis de Grunseilt. Que terre tenentur a religiosis viris abbate et conventu monasterii de Gladebag, dictis religiosis solventes singulis annis census annuos, tot denarios numero quo sunt iurnales. Nos igitur dictorum bonorum sicut et aliorum ad abbatem et conventum predictos spectantium advocati, cum de dictis bonis singulis annis sex denarii debiti nobis fuerint ratione dicte advocacionis et soluti, et per hoc ipsa bona seu possessores eorundem fuerint hactenus immunia et absoluta seu immunes et absoluti ab omni exactione, vexatione et onere; dictus Pelegrinus desideravit, ut dicta bona et eorum possessores in perpetuum remissis dictis sex denariis annuis plena libertate gauderent. Receptis itaque ab eodem Pelegrino quatuor marcis dictos sex denarios, et si quid iuris servicii vel consuetudinis hactenus habuimus seu visi sumus habuisse in dictis bonis occasione advocacionis predictae, remittimus per presentes simpliciter et de plano, et renunciamus quo ad premissa exceptioni non numerate pecunie et omnibus exceptionibus et singulis sen impugnationibus, que de iure vel de facto nobis possent competere contra premissa aut quomodolibet suffragari. Testes vero sunt qui huic contractui interfuerunt: Henricus decanus christianitatis in Bergheim, Henricus capellanus noster, Nicolaus et Godefridus nostri castellani, Flecco dapifer in Hoystaden et Arnoldus de Hoystaden, milites, Wigmannus villicus in Hoystaden et alii quamplures fide digni. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo dicti abbatis et conventus ac Fleconis predicti sunt presentibus appensa.

Actum et datum in vigilia bb. Petri et Pauli apostolorum, anno d. M. CC. LXXX. quinto.

Lacombset. II. 806.

## XXX.

Ablassbrief für das Kloster zu M. Gladbach. 1286.

Vniversis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis. Marcus miseratione divina Surrentin et Johannes Rygen. archiepiscopi, Fridericus Senegaliens. Raymundus Marsiliens. Waldebinus Avellonens. et Glavinicens. Bernardus Vizentinus. Tholoniens. Sardanens. Johannes Strogolus. Theobaldus Canen., Romanus alifan., Egidius Urbin. et Petrus Oganariens. episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur de abundantia pietatis sue merita supplicum excedens et vota, bene servientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum et quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Sane altari et ymagine B. M. V. erectis in monasterio beati Viti mart. ord. s. Benedicti abbatis in Gladebach Colon. Dyoc. dominus dei filius meritis suae matris ibidem divina prepollens potentia, prout accepimus, signa et prodigia plurima operatur sicut et operis eius evidentia manifestat. Cum igitur ad idem monasterium structura honorifica sit incepta, nec sine fidelium elemosynis valeat consummari, universitatem vestram monemus et hortamur in domino, quatenus ad hoc pias elemosynas et grata charitatis subsidia porrigatis et vestro adiutorio idem opus eo melius consummetur. Nos enim de dei omnipotentis misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli patrocinio confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eandem structuram manus adiutrices porrexerint vel causa devotionis in singulis festis B. M. V., in paraseve, in dedicatione monasterii et altaris predictorum, in festo b. Viti mart., b. Benedicti abb., b. Joannis Bapt., b. Nicolai episcopi et b. Catharine v., sepe-

fatum monasterium visitaverint, singulis singulas quadragenas de iniuncta eis poenitentia, dummodo dioecesanus consenserit, misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum Rome anno Domini M . CC . LXXXVI . Kalend. Aprilis pontificatus domini Honorii pape IV. anno primo.

### **Consensus Dioecesani.**

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus universis presens scriptum visuris, quod nos indulgentias venerabilium patrum archiepiscoporum et episcoporum religioso loco in Gladebach concessas, quorum literis presentes nostre litere sunt transfixe, ratas ac gratas habemus ac consensum nostrum per presentes adhibemus. Addendo ipsorum indulgentiis autoritate nostra dictis omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dicto monasterio et loco manum porrexerint adiutricem.

Datum feria II. ante festum b. Laurentii anno Domini M . CC . nonagesimo.

Nach einer alten Abschrift im Pfarrarchiv zu Gladebach.

---

## **XXXI.**

**Konvention zwischen Abt und Konvent betreffs Theilung der Einkünfte. 1292.**

Nos . . Sibergensis et . . Bruwilrensis dei gracia monasteriorum abbates ordinis sancti Benedicti Coloniensis dyocesis omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris. Notum esse volumus, quod cum ad monasterium sancti Viti Gladebacense nostri ordinis dicte dyocesis causa visitandi in eo secundum prece-

ptum canonis et statutorum ecclesie Coloniensis super hoc editorum accederemus, omnibus aliis expeditis, que expedienda fuerant, Theodoricus abbas totusque conuentus dicti monasterii Gladebacensis super omni questionis materia tam in temporalibus quam spiritualibus hincinde inter eos exorta in nos tamquam in arbitros arbitratores seu amicabile compositores compromiserunt in hunc modum: Nos Th. dei gracia abbas totusque conuentus monasterii sancti Viti in Gladebach ordinis sancti Benedicti Coloniensis dyocesis presentibus literis publice recognoscimus et firmiter protestamur, quod nos ordinacioni honorabilium virorum dominorum . . Sybergensis . . Bruwilrensis et . . sancti Pantaleonis Coloniensis monasteriorum abbatum ad hoc ad monasterium nostrum cum plena auctoritate missorum stabimus tam in spiritualibus quam in temporalibus et stare promittimus fide in manus dictorum dominorum . . abbatum prestita corporali. Et ad hoc nos presentibus obligamus. In cuius rei testimonium et firmitatem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno domini M. CC. nonagesimo secundo feria quinta ante festum beati Laurentii martiris. — Nos igitur huiusmodi arbitrio secundum dictam formam in nos assumpto ac venerabile viro domino . . abbate sancti Pantaleonis Coloniensis quo ad hoc nobis adiuncto, dicimus et auctoritate dicte visitacionis statuimus ac arbitrando vna cum dicto . . abbate pronunciamus, quod dictus . Th. abbas quartam partem reddituum ecclesie Gladebacensis prefate, in blado, denariis ac aliis rebus consistencium, quam quartam partem, consideratis redditibus eisdem, estimamus centum maldra siliginis, centum et viginti duo maldra auene et viginti quinque marcas denariorum Coloniensium, habeat, exceptis officiis camerarie infirmarie caritatis et prouentuum ecclesie parochialis in Gladebach, in quibus dominus . . abbas habeat partem, prout vni fratrum competit seu competere potest. Preterea dictus . . abbas habeat solum vnam prebendam sicut alter frater de conuentu, adiunctis eidem . . abbati iuribus . . sca-

binorum, .. ministerialium, vassallorum, et de hys emergentibus cum minutis decimis in Gladebach et in ceteris bonis vbicunque sitis, exceptis bonis eorum in Kempene et in Vde, que spectabunt ad ipsum conuentum. Quarta vero pars reddituum seruabitur sub custodia ipsius .. abbatis et conuentus ad redimendum vexaciones et exactiones ecclesie eorundem si contingunt; que si non contigerint, dicta pars vtrorumque voluntate in vsus ecclesie conuertetur. Cui abbati decimas eorum inferiores in Gladebach et curtem eorum in Damme cum agris et aliis in pensione datis ad eandem curtem pertinentibus porcione sua bladi et quindecim marcas in curte eorum Raksleyde, nouem marcas cum dimidia de bonis eorum in Soylingin et sex solidos de macellis in foro Gladebacensi denariorum Coloniensium pro porcione sua denariorum recipienda deputamus, addicientes quod de bonis eorum pignorum obligatis, cum soluta a creditoribus ad eos redierint, et si redditus ecclesie in posterum maiores estimati fuerint, seu ex causa legacionis, donacionis vel quacunque de causa augmentati fuerint, de hys omnibus dictus .. abbas secundum iustam computacionem quartam partem habebit. Item pronunciamus, quod ipse .. abbas beneficia et officia ecclesie conferet, sicut consuetum est ab antiquo, exceptis prioratu, officiis cellerarie et camerarie, de quibus dictus conuentus de consensu et consilio sui abbatis ordinabit, et excepto officio villicatus in Vde et in Kempene, de quo .. prior .. conuentus et .. cellerarius ordinabunt, decimas, census ac alia emergentia ibidem tollent et de hys disponent, prout sibi et vtilitati ecclesie viderint expedire, exceptis iuribus ex parte feodalium et ministerialium ibidem emergentibus, que cedent soli abbati memorato. Item nouum pratum ex illa parte iuxta pontem situm et duos iurnales de prato quod dicitur veltbeint ex ista parte Nersen sitos ac omnes piscaciones vbicunque situs dictus .. abbas sibi reseruabit, excepta maiore piscina iuxta Scherremulen, quam piscinam ipsi .. cellerarius et conuentus optinebunt. Item ordinamus quod supradictus ..

abbas de nemore eorum, quod dicitur Kamervorst, ligna pro sufficiencia sue coquine et kemenate ad cremandum recipiet, conuentus autem de lignis ad coquinam communem, pistrinum et ad braxandum sibi competentibus contentus remanebit, hoc tamen adiecto, quod quilibet fratrum hospites recipiencium habebit in claustro suo in festo omnium sanctorum, natiuitate domini et circa carnispriuium quolibet horum terminorum vnum plastrum lignorum. Nos insuper pronunciamus ac ordinando dictis . . abbati et conuentui interdicimus, ne . . abbas per se nec conuentus per se debita contrahant, nisi manifesta causa vrgente et tunc de communi fiat consensu et consilio omnium quorum interest, sicut hoc eciam fide prestita promiserunt. Inhibemus eciam eisdem, ne infra sex annos a tempore pronunciacionis huius currentes dominus . . abbas et conuentus vel aliquis ex parte eorum aliquid de dicta silua donet vendat vel alienare presumat. Vt autem supradicta omnia firma et inconuulsa permaneant, nos . . Sibergensis . . Bruwilrensis et . . sancti Pantaleonis abbates predicti sigilla nostra vna cum sigillis . . abbatibus et conuentus dicti monasterii Gladebacensis in testimonium eorundem presenti scripto duximus apponenda. Et nos predicti . . abbas et conuentus monasterii Gladebacensis predicta vera esse dicimus et sigilla nostra presentibus appendimus in testimonium premissorum. Actum et pronunciatum in choro dicti monasterii Gladebacensis presentibus . . abbate et fratribus monasterii predicti, magistro Frederico in Medeme, Godefrido in Kempene ecclesiarum plebanis, Tilmanno pastore in Gladebach, Alexandro vicario ecclesie sancti Gereonis Coloniensis ac aliis probis viris et honestis anno domini M . CC . nonagesimo secundo feria quinta ante Laurencii martiris.

Nach dem bis jetzt nicht gedruckten Original im Staatsarchiv zu Düsseldorf. Von den 5 Siegeln sind das Konventsiegel von Gladbach und das Abtsiegel von Siegburg abgechnitten, die übrigen erhalten.



## XXXII.

Vergleich mit Kempen wegen des Kirchenbaues. 1294.

Nos Godefridus plebanus in Kempen, Conradus de pasculo, Joannes dictus potkin milites, Leo de Hulse dapifer archiepiscopi Coloniensis universi scabini in Kempen nec non rectores operis ecclesie eiusdem universis presentem literam visuris et auditoris notum facimus et testimonio veritatis perhibemus, domum ecclesie in Kempen, quod ratione patronatus rev. dom. N. (Theodoricum) dei gratia abbatem et conventum monasterii sti. Viti Gladebachens. Coloniens. dioces. respicit et pertinet, de communi consensu et consilio sapientum cum predicto abbate et conventu eiusdem absque aliquo dolo de tectura et edificio ecclesie in Kempen de turri usque ad chorum foedus et conditiones has inisse fideliter seu complisse, videlicet, quod predictus abbas et conventus dicti monasterii singulis annis termino infrascripto scilicet natali domini duo maldra sili-ginis mesure Kempensis de eorum redditibus in Kempen ministrabunt, nec non in perpetuum persolvent, nec ab abbate dicto et conventu ex parte ecclesie portationes aliquas amodo requiremus, nec ulla gravamina seu vexationes a tectura et edificio ecclesie . . importare. In cuius rei testimonium et firmitatem nos Godefridus plebanus in Kempen una cum dom. Conrado de pasculo, dom. Joanne dicto potkin militibus et Leone de Hulse dapifero archiepiscopi Coloniensis sigilla nostra duximus presentibus literis apponenda. Nos vero scabini Pillegrinus dictus under hen houe, Tilmannus dictus van den hende, Theodoricus dictus Klabermann, Hermannus dictus de Kothusen ceterique scabini in testimonium omnium et singulorum premissorum omnia vera protestamur et sigilla nostra presentibus appendisse. Actum et datum in natali domini anno domini M. CC . nonagesimo quarto.

Nach einer alten Abschrift im Archiv zu Gladbach.

## XXXIII.

Abßbrief für die Pfarrkirche zu M. Gladbach. 1300.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Nos Basilius archiepiscopus Jerosolimitanus, Thomas Etessiens. Jacobus Castellanus, Nicolaus Capricanus, Stephanus Opitensis, Monaldus civitatis Castellanae, Angelus Nempesinus, Angelus Ichilanus, Nicolaus Cortibulens. Jacobus Chalcedoniens. Simon Brugnatens. Henricus Redistemens. Ildebrandus Aretinus. Maurus Ameliens. Nicolaus Verrontin. Fridericus Valuens. Nicolaus Neocastrens. Miolens. Dei gratia episcopi salutem in domino sempiternam.

Ad divine laudis obsequium basilice Sanctorum in ecclesia eriguntur, ut que domus orationis existunt, suffragio beatorum agminum impleantur, quorum presidii Christi fideles eterni gaudii premia consequuntur. Terrestris quidem ecclesia celestis mansionis edificium representat et in hac exhiberi debet obsequium, quo ad illam mansionem per feliciorum ascensum possit aditus preparari. Cupientes ergo, ut ecclesia seu parochia s. Marie in Monich Gladebach Colon. dyoces. congruis honoribus frequentetur et frequentantes pro temporali labore perpetue quietis munere gratulentur et circa eam querentium dominum tanto frequentior devotio fiat, quanto abundantius spirituales thesauros ibidem reperiant in celesti Jerusalem perhempniter profuturos, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis festivitatibus, videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis domini et Pentecostes, Annuntiationis, Purificationis, Conceptionis et Assumptionis B. M. V. beatorum Petri et Pauli, Bartholomei et aliorum Apostolorum, B. Michaelis Archangeli, commemorationis omnium Sanctorum, Nicolai, Martini, Augustini confessorum, Stephani, Laurentii, Vincentii martyrum, sanctarum Katerine, Agnetis et Lucie virginum singu-

lis diebus dominicis totius anni devote accesserint, in ipsarum festivitatum octavis, nec non qui presbyteros dicte ecclesie cum sacra communione infirmos visitantes devote associaverint, vel qui in vigiliis B. Marie, B. Joannis Bapt. et Evangeliste et in quolibet die sabbati in ecclesia predicta vigilaverint et qui pro animabus fidelium in Christo quiescentium, quorum corpora sunt in dicte ecclesie cimiterio sepulta orationem dominicam cum salutatione angelica dixerint mente pia, ut ipse qui fons est misericordie et pietatis et indulgentiarum largitor secum faciat in eterna vita misericorditer gratulari. Aut qui ad fabricam luminaria, ornamenta seu alia necessaria ecclesie eiusdem manus porrexerint adiutrices. Nos de omnipotentis dei misericordia ac sanctissime virginis Marie omniumque Sanctorum auctoritate confisi singulis vestrum singulas quadraginta dierum indulgentias misericorditer in domino relaxamus dummodo dyocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium presentes literas nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri.

Datum Rome anno domini millesimo CCC. pontificatus domini Bonifacii pape VIII anno sexto.

Nach einer alten Abschrift im Pfarrarchiv zu Gladbach.

---

## XXXIV.

Walram von Kessel hebt eine Zollstätte auf. 1304.

Nos Walramus de Kessel et dominus in Bruche universis tam presentibus quam futuris, quibus presens scriptum videre contigerit, salutem et agnoscere rei veritatem. Hinc est quod confitemur et protestamur in his scriptis, quod telonium in parrochia nostra de Gladebacho in proprietate b. Viti mart. iniusto modo constituimus ac ibidem iniurioso et non rito modo

recepimus. Ob quam rem dictum telonium eternaliter revocamus, dictum vero dominum Wilhelmum abbatem eiusdem loci cum universis suis monachis humiliter exhortamur et deprecamur, ut dei intuitu et amore virginis Marie, de omni iniuria et damno per nos eis illato, puro corde et mente effestucare velint. Item mansionem ibidem per nos factam in manus vestras resignamus et supportamus, ut post nostrum obitum cum eadem mansione, quia non rito modo dictam mansionem in vestro puro allodio nos noscimus possidere, itaque omnia quequunque vestre placuerint voluntati cum dicta mansione poteritis adimplere. Item proximam domum predictae mansioni coadiacentem, quam rationabiliter pro nostra pecunia comparavimus una cum omni nostro palude in parrochia de Gladebach situato et nobis in divisione paludis per parrochianos ibidem dato, beato Vito mart. ac suis monachis animo benevolo legavimus atque legamus, in remissionem omnium peccatorum nostrorum. Actum et factum et constitutum in castro de Bruckgen in presentia catharine uxoris nostre legitime, ac fratris Joannis prioris in Bruckgen religiosi viri, testamentarii nostri, Joannis pastoris in Alderode consanguinei nostri, Petri notarii de Gladebacho. Anno domini M. CCC. quarto, in die Luce evangeliste.

Codex Gladbac.

---

## XXXV.

Schiedsrichterlicher Ausspruch in Sachen des Klerikers Theodorich von Kolghen. 1310.

In nomine domini Amen. Universis presentes litteras visuris et auditoris, Nos Okerus dictus Graff et Joannes de Knipe maioris, et Godescalcus de Kirchbergh s. Marie ad grādus ecclesie Coloniensis canonici, nec non magister Henricus

de Isenburgh officialis prepositi et archidiaconus Coloniensis arbitri, arbitratores seu amicabile compositores super negotio infra scripto, salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod orta questione iam dudum inter Theodoricum de Kolghen clericum ex una parte, ac religiosos viros abbatem et conventum monasterii Gladebachi super ecclesia parochiali in Gladebach ex altera, ipse partes tandem paci et concordie intendentes in nos compromiserunt, sub hac forma verborum. Universis presentes litteras visuris et audituris. Nos abbas et conventus monasterii in Gladebach ord. s. Bened. Colon. dyoces. ex una parte, et Theodoricus de Kolghen clericus ex altera, notum esse volumus presentibus publice protestando, quod super universis discordiis, controversiis, litibus et questionibus quibuscunque, que inter nos super ecclesia parochiali in Gladebach usque in hodiernum diem vertebantur, nec non super expensis factis in litibus et discordiis supradictis, paci et concordie intendentes nos abbas et conventus predicti in honorabiles viros dominos Okerum canonicum Coloniensem et magistrum Henricum de Isenburgh, officialem prepositi et archidiaconum Coloniensem et ego Theodoricus pro me similiter in honorabiles viros dominos Joannem de Knipe canonicum eiusdem ecclesie Coloniensis et Godescaleum de Kirgbergh, canonicum s. Marie ad gradus Coloniensis tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabile compositores compromittimus per presentes. Ita quod, quidquid dicti arbitri, arbitratores seu amicabile compositores per viam iuris seu amicabilis compositionis inter nos infra festum b. Galli conf. proxime a dato presentium currere incipiens statuerint, ordinaverint vel pronuntiauerint, concorditer die feriato vel non feriato, stando, sedendo, in scriptis vel sine scriptis, hoc nos inviolabiliter observabimus, sub periculo totius cause et litium, que vertuntur inter nos partes predictas. Ita quod quecunque partium nostrarum pronuntiationem, ordinationem seu statutum arbitratorum seu amicabilium compositorum predictorum non servaverunt, a iure cause predictae nec

non ecclesia Gladebachiensi cedat et altera pars nostrum iuxta suam voluntatem quietam possessionem dicte ecclesie obtineat sine contradictione et oppositione partis huius arbitrium non servantis et nihil iuris sibi acquirere valeat in eadem. In cuius rei testimonium, nos abbas pro nobis et nostro conventu predicto sigillum nostrum apposuimus huic scripto, quo nos conventus contenti sumus. Ego vero Theodoricus, qui sigillum proprium non habeo, sigillum honorabilis viri domini abbatis monasterii st. Martini Coloniensis apponi rogavi presentibus in testimonium eorundem et nos abbas monasterii s. Martini predicti profiteamur, nos ad petitionem dicti Theodorici dictum nostrum sigillum in premissorum testimonium presentibus appendisse. Actum et compromissum in die b. Michaelis anno domini M. CCC. decimo.

Recepto igitur in nos hoc compromisso, viso processu et sententia iudicum apostolicorum super exemptione et incorporatione dicte ecclesie parochialis ipsi monasterio Gladebachiensi facta, habito iuris peritorum consilio, secundum ea, quae vidimus et audivimus, partibus coram nobis comparentibus et definiri seu pronuntiari petentibus, dicimus et pronuntiamus definiendo seu arbitrando, dicto Theodorico ipsam ecclesiam in Gladebach, utpote monasterio Gladebachiensi incorporatam, competere non debere, nec ipsum aliquid iuris habere in eadem, per eandem sententiam pronuntiantes, ipsam ecclesiam parochialem fuisse et esse ipsi monasterio Gladebachensi legitime incorporatam. Item pronuntiamus, quod dicti abbas et conventus pareant mandatis apostolicis in futurum super provisione dicti Theodorici sibi facienda de aliquo beneficio ecclesiastico proxime vacaturo, secundum literas provisionis eiusdem et quod ipsi abbas et conventus provisioni sibi faciende per iudices apostolicos expresse pareant et obediant sub sigillis eorundem cum ab executeore provisionis infra festum natiuitatis domini nostri proxime nunc futurum fuerint requisiti. Preterea pronuntiamus, quod ipsi abbas et conventus pro expensis

litis factis per dictum Theodoricum eidem tradant et assignent XVI marchas brabant. den., mediam partem infra octavas festi omnium sanctorum proxime venturas, residuam vero mediam partem infra octavas epiphanie domini proxime subsequentes, que omnia et singula pronuntiamus sub pena in dicto arbitrio expressa, et sub pena centum marcharum brabant. den. solvendarum parti arbitrium servanti a parte non servante. Si quid autem scrupuli seu dubii in premissis seu premissis contingentibus ortum fuerit seu emerit, nostre definitioni reservamus. Datum et actum feria quinta ante Galli conf. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Anno domini M. CCC. X.

Codex Gladbac.

### XXXVI:

Theilung der Einkünfte aus den Gütern der Abtei zwischen Abt und Konvent. 1315.

Universis presentes litteras inspecturis Wilhelmus divina permissione abbas totusque conventus monasterii sancti Viti Gladbacensis, Coloniensis dyocesis ordinis s. Benedicti, salutem in vero salutari cum notitia veritatis. Virorum felicitis memorie venerabilium dominorum Sibergensis et Bruwilrensis monasteriorum quondam abbatum ordinis eiusdem, ordinationem super divisione bonorum monasterii nostri predicti bono zelo propter bonum pacis excogitatum et factam commendabilem intuentes, et insuper quanta fratribus nostris adversitas, quanta discordia, quanta paupertas, quanta similiter eorundem bonorum temporibus eandem ordinationem precedentibus dispendia fuerint, et quod prosperante domino post ipsam ordinationem et eadem mediante quietiores et tranquilliores, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, successus habuerimus, ad memoriam reduciendo,

tota mentis intentione gratulantes in domino, pro salute animarum eorum ordinatum non cessamus divinam clementiam cotidianis affectibus et orationibus implorare. Sed quoniam in ordinatione iam dicta licet bono zelo facta, quedam tamen grosso modo cum aliqua scrupulositate sunt posita, de quibus forte sibi pervicaces et contentiosi litis et discordie seminarium de facili congregarent, quorum perversitati nos Wilhelmus abbas humilis supradictus remedium et quietis fratribus prestante domino solatium ponere cupientes, ad huiusmodi scrupulositates abolendas et declarandas, cum deliberatione sufficienti, mediante conventu nostro predicto et eodem consentiente per omnia et assentiente, dictam ordinationem diligentius consideratam et examinatam subtilius innovando, super eam unanimiter per modum concordavimus infrascriptum. Inprimis quidem reservabuntur nomine depositi sub communi nostra et conventus custodia de redditibus seu bonis monasterii nostri predicti certioribus, annuatim centum maldra siliginis, centum et viginti quinque maldra avene, cum viginti quinque marchis brabantinis, pagamenti currentis in Gladebach pro tempore, ad redimendum vexationes et exactiones eiusdem monasterii si contingant. Sin autem, idem depositum vel residua pars eiusdem de voluntate nostra communi in usus iam dicti monasterii convertetur, si vero depositum illud forte non sufficiat ad redimendum vexationes et exactiones predictas, tertia pars defectus huiusmodi de porcione substantie ad nos abbatem predictum contingente, et residuum defectus eiusdem de prefati conventus porcionibus integraliter supplebuntur. Hoc etiam presupposito, quod pensiones et prebende XXV personarum numerum transcendentis, cum prebendis sive salariis officiatorum nostrorum communitati servientium, videlicet rectoris scolarium, campanarii, portarii, coci, ortulani, barbitonsoris, pistoris, braxatoris et omnes expense quacunque de causa nostro monasterio supervenientes de iam dicto deposito principaliter exsolvantur. De reliquis vero redditibus, proventibus et bonis



eiusdem nostri monasterii cuiuscunque generis, tertia pars in porcionem cedat libere nobis abbati predicto secundum distinctionem inferius declaratam. Qua distinctione mediante deputata sunt nobis bona subscripta, videlicet curtis in Damme, decime in Aelst, molendinum in Damme, decime in Bettenrode, curtis in Raesleiden cum decimis, censibus et omnibus aliis eiusdem curtis attinentiis, iura scabinorum, feodaliū et ministerialium in Gladebach, et de his emergentia, cum minutis decimis in Gladebach et ceteris nostri monasterii bonis ubicunque locorum sitis, exceptis bonis in Kempene et in Ude, que libere cum integritate spectabunt ad ipsum conventum, salvo nobis ibidem similiter iure de nostris feodalibus et ministerialibus emergente. Item nobis abbati predicto deputate sunt IX marche cum dimidia in Solinghin, pagamenti currentis ibidem pro tempore. Item census in Bechusen prout iacent. Item de cella nostra in Buccholt tertia pars residui bonorum, siquidem fuerit supra summam prebendarum fratrum illic habitantium, pensionum et aliarum, prout ipsius loci necessitas requisierit, expensarum. Item novum pratium ex altera parte Nerse situm iuxta pontem, et duo iurnales prati vulgariter dicti veltbeint. Item tertia pars paludis et salicum a communitate ville separatarum, cum certis metis, si necesse fuerit, distinguenda. Item piscationes et piscine ubicunque site, preter maiorem piscinam in Gladebach sitam iuxta Scherremolen. Supradictis autem bonis et quibusdam aliis inferius exprimentis particulariter et distincte, solum nobis in porcionem deputatis, exclusis, omnes alii redditus, proventus et bona prefati nostri monasterii quocunque nomine censeantur, dicto conventui nostro relinquuntur libere suarum nomine prebendarum, salva nobis earundem una prebenda in eadem quantitate, qua ministrabitur uni fratrum simplici de conventu. Item officia camerarie, karitatis et alia similiter officia libere cum integritate, sicut ab antiquo, servient conventui, salva nobis similiter de dictis officiis porcione fratris unius simplicis contingente, collatio tamen eorundem

officiorum sicut et beneficiorum spectabit ad nos solum, similiter prout antiquae consuetudinis est hactenus observate, exceptis officii prioratus, cellerarie et camerarie, de quibus per ipsum conventum nostro mediante consensu et consilio disponetur. Ecclesiam vero nostram de Gladebach parochialem, eo quod incorporata sit nostro monasterio prefato, nulli secularium personarum, sed uni fratrum eiusdem monasterii dum vacaverit, conferemus, salvo tam nobis quam conventui nostro predicto omni iure contento in litteris super incorporatione ipsius ecclesie impetratis. Officium preterea villicatus in Ude priori solum et conventu relinquitur conferendum. Item ligna in nemore dicto Kamervorst, coquine similiter et caminate nostre sufficientia, cum opus fuerit, secari libere faciemus, conventus tamen solummodo lignis ad coquinam communem, pistrinum et braxatorium sufficientibus contentus per omnia remanebit, hoc addito, quod quilibet fratrum tenens hospitium sibi de tribus plaustris lignorum annuatim ex ipso nemore valeat providere. Item cum facultates dicti nostri monasterii reversione forte bonorum pignori obligatorum, legatione seu largitione fidelium, aut alio quocunque modo iusto, favente domino fuerint augmentate, pars augmentationis huiusmodi tertia singulis temporibus nobis cedit in porcionem, secundum quod iusta computatio demonstravit, excepto quo nobis aliquid non derivabitur, nisi quantum uni fratrum de bonis post primam ordinationem pignori obligatis. Item si qua fratribus pecunia forte postea legaretur, aut in elemosinam conferretur, que summam X marcharum non excederet, aut si quis fratrum nostrorum aliquos infra marcham unam redditus annuos compararet pro quocunque memoriali perpetuo faciendo, de qualibet sorte predicta non obtinebimus nisi duas prebendas, secundum contingentiam duorum fratrum divisione media competenti. Item in expensis fratrum nullum faciemus iter, nisi vocati per priorem et conventum predictos, excepto quod ad itinera capitulorum in crastinis Remigii et Invocavit celebrandorum iidem prior et

conventus nobis VI marchas brabantinas pagamenti currentis in Gladebach pro tempore de expresso superius deposito ministrabunt. Item ordinatum est, quod nullus clericus sive laycus nobiscum fructum recipiens prebendarum, aliquam cedentem de officiis nostris videlicet karitatis, ecclesie nostre parrochialis, camerarie, infirmarie, officii de Lobbruec, molendini in Ude, sive de pullis, anseribus, carnibus et piscibus habeat portionem, sed hec omnia nobis et fratribus chorum et claustrum frequentantibus, equa sorte, prout unumquemque contingerit dividuntur. In quorum omnium testimonium et munimen nos Wilhelmus abbas et conventus predicti nostra sigilla presentibus litteris duximus apponenda, rogantes humiliter venerabiles viros dominos s. Pantaleonis, s. Martini Coloniensium et Sibergensis monasteriorum abbates, quatinus sigillorum suorum appensione dignentur easdem litteras similiter communire. Et nos Theodoricus s. Pantaleonis, Arnoldus s. Martini Coloniensium et Theodoricus Sibergensis monasteriorum divina miseratione abbates, ad petitionem religiosorum virorum domini Wilhelmi abbatis et conventus monasterii Gladebacensis predictorum sigilla nostra presentibus similiter apposimus in testimonium premissorum.

Datum et actum anno domini M . CCC . X . quinto, ipso die beati Lamberti martyris.

Codex Gladbac.

---

## XXXVII.

Druda Underhoven verkauft dem Heinrich van den Dor einen jährlichen Zins von einer halben Mark. Letzterer bestimmt diesen Zins zur Beleuchtung des Hochaltars in der Münsterkirche. 1315.

Nos scabini de Gladebach notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod constitutis coram nobis Druda

dicta Underhoven, relicta quondam Conradi scabini in Gladebach, et Henrico filio Christiane dicte van den Dor, recognovit eadem Druda iusto venditionis titulo, de consensu omnium heredum suorum, se vendidisse prefato Henrico pro certa summa pecunie sibi integraliter persoluta ab eodem dimidiam marcam denariorum censualium annuorum reddituum perpetuorum, in festo b. Remigii episcopi vel infra octavas eiusdem sine captione ipsi Henrico et suis heredibus in perpetuum persolvendam. Pro quo censu eadem Druda obligavit et constituit eidem Henrico et suis heredibus, nomine suppignoris, tres iurnales terre arabilis sue curti contiguos, proximos vie versus domum mathie, tribus tamen iurnalibus duntaxat exemptis, qui viam ipsam contingunt. Ea conditione media, quod si eadem Druda aut suus successor aut heres, quicumque fuerit, dicti suppignoris eidem Henrico vel suis heredibus non satisfecerit termino supradicto, ex tunc dicti tres iurnales titulo pignoris obligati ad ipsum Henricum et suos heredes in perpetuum libere devolvantur, contradictione qualibet non obstante. Qui Henricus insuper salutem anime sue recogitans et ob remedium animarum similiter amicorum suorum, qui ex hoc seculo transierunt et transient domino iubente, contulit in puram elemosinam de consensu et voluntate similiter heredum suorum prefatam dimidiam marcam reddituum ad luminaria summi altaris b. Viti mart. in monasterio Gladebacensi siti, in omni eo iure, quo habens et possidens est eandem idem Henricus, in perpetuum annis singulis termino superius nominato thesaurario monasterii predicti, qui pro tempore fuerit, porrigendam et solvendam et in usus premissos in perpetuum convertendam. Sub tali tamen forma adiecta, quod si pignus memoratum ad manum dicti thesaurarii devolvi contigerit quoquo modo, laicum unum, eo quod ad ius advocatie pertineat, pro se constituat, qui dictos tres iurnales recipiat nomine sui, et qui domino terre ac omnibus, quorum interest, valeat satisfacere pro rata cuiuscunque iuris, supradictos tres iurnales singulis oportunis temporibus

contingente. In quorum omnium testimonium et munimen ad petitionem Drude et Henrici predictorum sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum et actum anno domini M. CCC. X. quinto, ipso die b. Mathie apostoli.

Codex Gladbac.

### XXXVIII.

Der Priester Nikolaus schenkt den von ihm und seinem Bruder Marsilius von Wickrath gekauften Hof Bechusen (Knapshof) der Abtei unter der Bedingung eines Anniversars. 1319.

Ego Nicolaus dictus de Bechusen sacerdos Gladebacensis secularis Universis, ad quas presentes litterae perveniunt notum esse cupio in eisdem, quod ego et Mersilius dictus de Wicke-raide quondam frater meus, monachus monasterii Gladebacensis, emimus parili consensu ad usus abbatis et conventus monasterii eiusdem curtem dictam Bechusen, sitam in villa et parochia Gladebacensi, et feudali titulo ad abbatem et conventum predictos spectantem, in presentia quamplurium monasterii predicti feodalium ad hoc specialiter vocatorum, erga Waltherum filium bon. mem. Conradi militis de Bechusen et suis coheredibus veris et legitimis omnibus, pro quadam denariorum summa promptis nostris denariis plena ipsis pagatione persoluta, quam omni eo iure, quo dictus Waltherus et sui predecessores ipsam ab olim possidebant, post vite nostre ductum ministravimus et dedimus eisdem abbati et conventui antedictis iure hereditario possidendam et absque cuiusquam contradictione pacifice reservandam. Quam collationem communiter per nos factam Ego Nicolaus predictus fratre meo iam dudum a corpore sublato duxi renovandam, nova ipsius collatione resignans sepedictam curtem cum omnibus suis attinentiis, redditibus et emolumentis

ac aliis bonis omnibus in pratis, piscinis, pascuis, paludibus, campis et nemoribus ex nunc ad dictam curtem spectantibus per me emptis et longis retroactis temporibus habitis et possessis quocunque etiam iure sive feudali, advocatie vel censuali ad abbatem et conventum predictos pertinentibus, similiter cum bonis meis mobilibus universis, de quibus tamen decem marcas brabantinorum denariorum volo recipi et nunc meas exequias more debito celebrari. Item volo et cupio, ut mea et fratris mei supradicti anniversalis memoria ab eisdem abbate et conventu et suis successoribus per eterna secula peragatur. Huic quidem renovationi nostre presentes fuerunt Tilmannus de Wanlo, Hildegerus Sartor, Nicolaus dictus van den Damme, Nicolaus de Halterbroich et Reinerus de Foresto, antedicti monasterii feudales, et quam plures alii fide digni. In quorum testimonium rogavi discretos viros Godefridum decanum christianitatis Kempensis et Henricum perpetuum vicarium in Reide, ut ipsi una mecum sigillis presentia roborarent. Et nos Godefridus et Henricus supradicti ad preces Nicolai sacerdotis prenarrati sigilla nostra presentibus apposuimus, testificantes omnia premissa esse vera et in nostra presentia ea, qua decet reverentia fore facta.

Datum in die palmarum. Anno domini M. CCC. X. nono.

Codex Gladbac.

---

## XXXIX.

Wilhelm von Jülich entsagt seinen Ansprüchen auf den Hof  
Bethusen. 1319.

Universis presentes litteras visuris et auditoris Nos Wilhelmus primogenitus domini Gerardi comitis Juliacensis notum facimus, quod ob spiritualem, quam ad monasterium s. Viti de

Gladebag, ord. b. Benedicti, progenitores nostri gesserunt et quam nos gerimus devotionem, ut etiam religiosi viri domini abbas et conventus dicti monasterii, qui se nobis obsequiis semper exhibuere devotos, Nos et progenitores nostros suis habeant orationibus sincerius commendatos, bona quondam Nicolai presbiteri sita apud Bechusen prope Gladebag mobilia et immobilia in quibuscunque rebus consistentia, in quibus ius nobis competisse vendicavimus, eo quod eadem bona ad dominum de Bruge dicebantur pertinere, prefatis dominis abbati et conventui propter deum et ob salutem et remedium animarum progenitorum nostrorum et nostre, presentibus remittimus et donamus. Transferentes in eosdem abbatem et conventum omne ius et actionem que nobis in dictis bonis ex quibuscunque causis competebant, seu competere putantur quoquo modo. Renuntiantes nihilominus et effestucantes super dictis bonis ad manus, utilitatem et commodum abbatis et conventus predictorum ore, manu et calamo omnibus actionibus, impetitionibus, questionibus et querelis, que in prefatis bonis habuimus seu possimus qualitercunque habuisse. Super quibus in testimonium has litteras prefatis abbati et conventui communitas tradidimus sigillo nostro. Actum et datum presentibus Henrico fratre nostro pastore ecclesie de Alderoide, Siberto de Helpenstein, Hermanno de Reinendaile et Matheo de Nuenhusen, dapifero nostro, feria sexta post ascensionem domini, anno eiusdem M . CCC . X . nono.

Codex Gladbac.

---

## XL.

Die Pfarre Weiler wird der Cella Bockolz einverleibt. 1320.

Balduinus dei gratia s. Trevirensis ecclesie archiepiscopus, sacri Imperii per Galliam archicancellarius Universis Christi fidei-

bus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum salutem cum notitia veritatis. Eius intuitu et respectu qui nos ad pontificatus dignitatis apicem sublimavit, tanto vigilantius viros religiosos promovere fovere ac defensare tenemur, quanto gratius obsequium in religionis observantia et rigore ecclesiastice discipline creatori omnium exhibetur. Cum igitur ecclesie seu celle de bueholtz nostre dyocesis ord. s. Benedicti edificia et officine fratrum in ea domino famulantium propter vetustatem adeo collapse sint, quod per predictos fratres restaurari non valeant, cum ipsis ad restorationem eorundem ipsius ecclesie seu celle non suppetant facultates et ad hoc labor sit necessarius sumptuosus, Nos ipsorum fratrum necessitati et inopie pio ac paterno condolentes affectu ad supplicationem abbatis et conventus monasterii s. Viti Gladebacensis Colon. dyoces., ord. supradicti, et eorundem fratribus duximus concedendum et concedimus in his scriptis, ut ecclesia de Wilre parochialis, cuius collatio ad dictos abbatem et conventum pleno iure pertinere dinoscitur, cum vacaverit, ad reparationem dicte fabrice cedat in perpetuum sub hac forma, quod post consummationem dicte fabrice, dicte ecclesie redditus cedant eisdem fratribus in supplementum defectus stipendorum suorum, ita tamen, quod dictus abbas unam de conventu suo seu dicte celle personam idoneam ad curam animarum dicte ecclesie recipiendam pro investito representet nobis et archidiacono illius loci, que tam nobis quam eidem archidiacono, decano et aliis, quibus quicquam iuris debetur de ipsa ecclesia respondere et sufficere valeat competenter et eandem debite officiet in divinis.

Ut igitur hec nostra concessio seu gratia rata permaneat et in perpetuum inconvulsa, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Palacioli die XXIX. mensis Maii, anno domini M. CCC. XX.



## XLI.

Die Pfarrkirche zu Kempen wird der Abtei Gladbach inorporirt.  
1320.

Henricus dei gratia s. Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum salutem et notitiam veritatis. Cure pastorali et regimini Coloniensis ecclesie licet immeriti divina providentia deputati, ecclesiarum et monasteriorum, precipue nostre dyocesis, necessitatibus pio devotionis affectu succurrere affectamus, ut eorum ministri divinis officiis eo liberius intendere valeant et nobis impetrent patrocinia devotius apud deum. Sane animadvertentes, quod edificia monasterii Gladebacensis ord. s. Benedicti nostre dyocesis ex vetustate nimia adeo diruta sunt et dilapsa, quod, nisi reparentur et emendentur, corruent et dilabuntur breviter a se ipsis, nec ad reparationem et structuram eorundem ipsius monasterii suppetant facultates ac cupientes ob hoc summopere pro eiusdem monasterii et edificiorum suorum reparatione, ne pereant et infirmentur, ac pro emendatione prebendarum seu victualium abbatis et conventus ipsius monasterii annectere redditus speciales, de consensu dilectorum in Christo decani et capituli ecclesie nostre Coloniensis ad supplicationem abbatis et conventus predictorum, ecclesiam parrochiam in Kempene, cuius ius patronatus ad dictum abbatem pertinere dinoscitur, eidem monasterio incorporamus et annectimus, sine tamen preiudicio iuris alieni, in dei nomine per presentes, ut divinus cultus in eodem devotius et sollempnius augeatur; reservata tamen rectori pro tempore dictam ecclesiam gubernanti, quam deinceps actu sacerdoti uni de conventu predicto conferri volumus, sufficienti reddituum portione, de qua sustentationem congruam et hospitalitatem debitam habere et tenere ac onera dicte ecclesie in decimis, procurationibus tam sedis apostolice et legatorum eius-

dem, quam dyocesani, archidyaconi et aliorum, prout ipsi ecclesie prefate prius incumbabant, que omnia volumus ab eadem ecclesia cuiquam fore salva, valeat supportare. Ut autem premissa perpetuo maneant inconvulsa, sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri Coloniensis duximus presentibus apponendum. Datum anno d. M. CCC . vigesimo, feria tertia post festum Pentecostes.

Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis predicte in promissorum testimonium de mandato reverendissimi dom. dom. Henrici archiepiscopi Coloniensis predicti, sigillum ecclesie nostre presentibus appendimus. Datum Bonne anno domini M . CCC . vigesimo, feria sexta post festum pentecostes.

Sacomblet. III. 178.

---

## XLII.

Wilhelm, genannt Rost, wird als Ledichmann des Abtes erklärt.  
1323.

Universis presentes literas inspecturis Hermannus de Lovendale miles et scabini de Gladbach Salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod cum Wilhelmus dictus rost de Gladbach filius quondam Wilhelmi dicti juden per suam insolentiam tam in verbis quam in factis minus rationabiliter agitatam ratione cuiusdam domus dicte therhallen que quondam erat Hermanni dicti blomen offensam venerabilis viri domini Wilhelmi abbatis monasterii Gladbacensis incurisset, tandem nobis intervenientibus per amicabilem compositionem reconciliatus est cum eodem domino Abbate omni penitus sopita discordia sub hac forma, quod idem dictus rost ratione prefate offense deinceps erit ipsius domini Abbatis homo ligius teutonice dictus Ledichman et debitam sibi et monasterio predicto quamdiu

vixerit ipse rost sub suo iuramento tactis sacris prestito coram nobis fidelitatem servabit omni fraude et dolo exclusis. Item quod idem rost cum suis heredibus prefatam domum hereditarie possideat et habeat et annuatim inde solvere teneatur pullum unum et decem octo solidos cum duobus denariis pagamenti communiter currentis et dativi in Gladbach annui census perpetui pro media parte in festo Pasche et pro parte residua in festo beati Remigii vel infra Octavas eorundem festorum sine captione prefato domino Abbati et conventui annuatim in perpetuum persolvendos, salvo nihilominus insuper ipsi domino et suo successori in ipsa domo sicut in aliis bonis suis eiusdem conditionis que vulgariter dicuntur Hantghelt per omnia iure suo hoc etiam specialiter declarato, quod quotiescunque ipsam domum de manu ad manum transire contigerit quoquo modo eidem domino Abbati et suo successori tam de manu resignantis quam de manu similiter eandem domum recipientis integer census videlicet decem et octo solidi cum duobus denariis antedictis et de manu mortua cuiuscumque coniugum mariti videlicet aut uxoris curmeda una cum integro censu predicto similiter persolvatur. Et ad maiorem cautionem de premissis faciendam constituit et obligavit idem rost dimidium Jurnalem terre arabilis, qui quondam erat dicti Gaghen et quandam peciolam terre dictam Hofstat sitam iuxta aggerem molendini dicti des hanenmolen et obligat titulo suppignoris per presentes, ea conditione media, quod si in prefati census solutione predictorum aliquo terminorum defecerit in toto vel in parte extunc prefata domus et suppignus antedictum cum omnibus emendationibus tam in edificiis quam in aliis quibuscunque, si quas apposuit idem rost aut sui heredes prout sita fuerint ipsa bona ad ipsum dominum Abbatem et monasterium predictum non exspectato quod unus terminorum alterum consequatur sine recuperatione aliqua ipsius rost aut suorum heredum in perpetuum liberi devolventur. Et renunciavit Idem rost et renunciat per presentes integraliter tam

pro se quam suis heredibus in perpetuum, omni exceptione iuris sive facti, que contra premissa sibi vel suis heredibus imposterum valeat aliquo modo suffragari hoc etiam adjecto, quod si prefatus rost contra premissa seu aliquod premissorum quidquam attemptare presumpserit quocumque modo, tanquam periurus et transgressor fidei censi et a nullo fidedignorum super eo debeat aliquatenus exaudiri. In quorum omnium testimonium et munimen sigilla nostra ad petitionem sepedicti Wilhelmi dicti rost presentibus Literis duximus apponenda. Datum et Actum presentibus kunone iuniori, Alberto dicto katrinen, Ruthghero de vinario et Hermanno dicto Tsarre nomine Lemannorum ad hoc vocatis et aliis quam pluribus fide dignis. Anno domini M. CCC. XXIII. In crastino beate Scholastice virginis.

Nach dem Original, abgedruckt bei Eckertz und Köber, S. 291.

---

## XLIII.

Wilhelm von Jülich befiehlt seinen Unterthanen von Gladbach, nur auf den dortigen Mühlen mahlen zu lassen. 1325.

Universis presentes litteras visuris ac auditoris, Nos Wilhelmus primogenitus domini comitis Juliensis notum facimus, quod cum nos velimus et precipiamus, ut omnes et singuli nostri homines in Gladbach et in territorio ibidem residentes suam annonam seu fructus ducant ad molendum supra molas seu molendina in ipso nostro territorio sitas seu sita et non extra, mandamus et precipimus omnibus nostris officiantibus presentibus et futuris, ut ipsi hoc ratum habeant et inviolabiliter faciant et iubeant conservari, adiecto hoc, ut unusquisque qui hoc infringere seu excesserit, per nuncium nostrum vel nuncium rev. viri domini abbatis in Gladbach, qui nunc est, vel qui fuerit pro tempore, eque sit pignorandus et manute-

nendus pro poena sex solidorum brabantinorum denariorum, qui quidem solidi equaliter inter nos et ipsum dom. abbatem dividantur. Datum anno domini M. CCC. XX. quinto, feria sexta post festum b. Martini hiemalis.

Codex Gladbae.

## XLIV.

Abt Wilhelm von Helpenstein bekundet eine Stiftung zur Aufstellung eines Lichtes vor dem großen Kreuze. 1326.

Nos Wilhelmus divina permissione abbas monasterii s. Viti Gladebacensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod constitutis coram nobis et scabinis nostris de Gladebach, fratre Wilhelmo de Oranien, monacho et thesaurario eiusdem monasterii nostri ex una parte, Gobelino dicto Marcouf ac Ida filia Thome quondam de ligno ex altera, recognovit eadem Ida, quod cum Joannes dictus Toren, maritus eius et ipsa simul vendidissent prefato Wilhelmo VII solidos brabantinorum denariorum, III helleris pro uno denario computatis, annui census perpetui, ipsi Wilhelmo in quocunque statu existenti quoad vitam suam, seu alii cuique sacerdoti, cui idem Wilhelmus eosdem VII solidos assignare et tradere voluisset, quoad vitam similiter ipsius sacerdotis, in festo b. Martini hiemalis infra quindenam post ipsum festum sine captione annis singulis persolvendos et deinde post mortem prefati Wilhelmi seu sacerdotis memorati ad luminaria monasterii nostri predicti et specialiter ad lampadem ante crucem maiorem supra analogium appensam, ad reverentiam et honorem s. crucis dominice in perpetuum convertendos, et quod ipsi coniuges domum suam et hortum adiacentem, seu curtem suam prout sita est apud lignum, una cum V iurnalibus terre sue arabilis, que

bona simul erant quondam Thome supradicti in cautionem ante dicto Wilhelmo pro dicto censu, titulo suppignoris obligassent dictaque bona ratione supersessionis et solutionis dicti census non facte ad ipsum Wilhelmum fuissent de iure in perpetuum devoluta, idem tamen Wilhelmus prefate Ide gratiam faciendo memorata bona prout sita sunt, rursus ipsi Ide et suis heredibus in perpetuum pro eodem annuo censu predicto de voluntate nostra concessit, in omni eadem forma, prout superius est expressum, tali tamen conditione adiecta, quod si eadem Ida aut sui heredes in solutione memorati census termino pre-nominato deficeret seu deficerent in toto vel in parte, ex tunc eadem bona ad dictum monasterium nostrum, non exspectato, quod census unius anni censum anni alterius consequatur, absque omni contradictione libere in perpetuum convertentur. Et cum hic idem Wilhelmus, seu ille, cui dictum censum pro tunc levare contigerit, in Ida predicta vel in ipsius heredibus consecutus erit poenam sex solidorum pagamenti predicti, infra sex ebdomadas post dictum terminum immediate sequentes prefato census levatori a dicta Ida vel suis heredibus solventur et ob cautionem de prefata poena facienda memoratus Gobelinus I iurnalem terre sue arabilis situm secus viam et dictis V iurnalibus contiguum titulo pignoris in perpetuum similiter obligavit. Sub hac forma quod nisi memorato levatori census infra dictas sex ebdomadas de dicta poena plenarie fuerit satisfactum, idem levator amplius non exspectato ad dictum iurnalem libere manum apponere poterit, dispositurus de eodem in perpetuum, quicquid utilitati nostri monasterii predicti videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo scabinorum de Gladebach antedictorum ad petitionem ambarum partium prefatarum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini M. CCC. XX. sexto in crastino beate Catharine virginis.

Codex Gladbac.

## XLV.

Ablaßbrief für das Kloster zu M. Gladbach vom Jahre 1330.

Universis sancte matris filiis ad quos presentes literae pervenerint nos miseratione divina Angelus Grolletanus episcopus domini pape penitentiarius, Guillelmus Antibarensis archiepiscopus, Melecius Gallipolitanus episcopus, Bernardus Diagorganensis episcopus, Martinus Teralbensis episcopus, Bonifacius . . episcopus, Stephanus Dunensis episcopus, Joannes Sabiensis episcopus, Vincentius Maraenensis episcopus, Madius Delmitensis episcopus, Jordanus Colubensis episcopus, Thomas Simiseanus episcopus, Guillelmus Tanuhenensis episcopus et Joannes Aplensis episcopus et Sergius Catarensis episcopus salutem in domino sempiternam. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devotionem fidelium per quedam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgentias, nutare consuevit ad debitum famulatus honorem deo et sacris aedibus impendendum, ut quanto crebrius et devotius illuc confluit populus christianus assiduis salvatoris gratiam precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam et gloriam regni celestis consequi mereat eternam. Cupientes igitur ut monasterium Gladebacense et capella sanctorum Stephani et Benedicti ibidem congruis honoribus frequententur et a Christi fidelibus iugiter venerentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dicti monasterii capellas in omnibus et singulis festis sanctorum, quorum nomine reliquie seu altaria habentur, in eisdem ac in dedicationibus illius monasterii seu altarium ibidem existentium, in aliis festis infrascriptis videlicet natalis domini, circumcisionis, epiphanie, parasceves, pasche, ascensionis, pentecostes, trinitatis, corporis Christi, inventionis et exaltationis sancte crucis, in omnibus et singulis festivitibus beate Marie virginis, nativitatis, decollationis beati Joannis baptistae, sancti Michaelis archangeli, bea-

torum Petri et Pauli apostolorum, et omnium aliorum ss. apostolorum et evangelistarum, ss. Vincentii, Viti, Clementis et Georgii martirum, ss. Nicolai, Martini, Gregorii, Ambrosii, Augustini, Jeronymi, Mauri abbatis, Antonii abb. et Leonardi confessorum, ss. Marie Magdalene, Katerine, Margarithe, Elisabeth, Scholastice, Agnetis et undecim millium virginum, in commemoratione omnium Sanctorum et animarum et per octavas dictarum festivitatum et octavas habentium, singulis quoque dominicis et festivis et duodecim lectionum, singulis quoque diebus a die dominica in passione usque in paschate ac feriis quartis et sextis quadragesime ac in apertione tabule summi altaris ac ostensione reliquiarum et cum fertur corpus Christi intra claustrum aut extra, et in nocte vel in die natiuitatis domini in inchoatione ymni angelici videlicet gloria in excelsis, causa devotionis, peregrinationis aut orationis accesserint seu missas ibidem celebraverint aut missis, matutinis, predicationibus, vesperis aut aliis quibuscunque officiis ibidem interfuerint seu in serotina pulsatione secundum modum communem genibus flexis ter ave Maria dixerint aut qui cimiterium dicti monasterii pro animabus corporum inibi iacentium exorando curaverint, nec non qui ad fabricam vel ad ornamenta reliquiarum seu si que alia dicti monasterii aut capelle necessaria, manus porrexerint adiutrices vel qui in eorum testamentis aut extra, aurum, argentum, vestes, mappas et alia ad divina pertinentia etc. monasterio et capellis donaverint, legaverint aut donari vel legari procuraverint seu qui cum imago beate Marie virginis seu feretrum beati Viti predicti in processione portatur, comituram prebuerint. Quotiescunque quecunque et ubicunque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius autoritate confisi singuli nostrum, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus.



Datum Avinioni X. die mensis Aprilis. Anno domini  
M. CCC. XXX. et pontificis domini Joannis pape XXII.  
anno quartodecimo.

Nach einer alten Abschrift im Pfarrarchiv zu W. Gladbach.

---

## XLVI.

Abt Wilhelm von Helsenstein vergrößert eine Stiftung des Priesters  
Nikolaus von Bechusen an den Aposteln=Altar. 1331.

In nomine domini amen. Nos Wilhelmus divina permis-  
sione abbas monasterii Gladebachensis, Colon. dioces., ord. s.  
Benedicti, notum facimus universis presentes litteras inspectu-  
ris, quod cum bone memorie dominus Nicolaus de Bechusen  
presbiter VIII marchas brabant. usualium in Gladebach, an-  
nuorum reddituum perpetuorum pro sui memoria in perpetuum  
habenda comparavit, et easdem in usus fratrum conventus nostri  
monasterii predicti sacerdotum ad altare ss. apostolorum, situm  
in ipso monasterio, titulo dotis deputavit, quarum VIII mar-  
charum domus quedam dicti Rost iuxta forum solvit annua-  
tim XVIII solidos, item quondam canonis iunioris similiter  
iuxta forum unam marcham, bona de fabrica iuxta querecum  
IV solidos, relicta quondam Jacobi dicti Schumans in Aelst II  
solidos, bona dicta Keyzers ad pontem unam marcham, Enghe-  
ramus de Ludorp XIII solidos, Henricus filius quondam Zelig-  
heide XI solidos, bona dicti Cakelroids in Venne unam mar-  
cham, et bona dicti Berghenwirs similiter unam marcham, cer-  
tis terminis annuatim, prout in litteris exinde confectis plenius  
continetur, nos etiam pium aliquod ante diem dissolutionis nostre  
memoriale perpetuum posteris relinquere cupientes, XII iurna-  
les prati in una pecia sitos in loco vulgariter dicto Opperdune,  
per nos dei cooperante gratia comparatos, dictis VIII marchis

annuorum reddituum annectimus in nomine domini per presentes. De quibus VIII marchis et prato memoratis, de consensu et voluntate conventus nostri predicti, taliter duximus ordinandum, quod eodem VIII marche una cum omnibus et singulis proventibus eiusdem prati, salvo nobis in eodem prato tantum quoad vitam nostram integraliter usufructu, cedant in perpetuum fratribus dicti nostri conventus actu sacerdotibus distribuende per priorem, qui pro tempore fuerit monasterii nostri memorati, proportionaliter singulis temporibus opportunis. Ita tamen quod ipsi sacerdotes dictum altare singulis diebus in perpetuum fideliter officient, dicendo in eodem cotidie missam unam privatam, et faciendo pro nobis et pro dicto domino Nicolao iugiter memoriam specialem et ad hoc sacerdos ebdomadarius, qui pro tempore fuerit, summe misse in predicto conventu, tertia septimana post peractam ebdomadam in choro sicut ad ipsam summam missam similiter ordinarie teneatur in perpetuum obligatus. Salva fratri Joanni de Heithusen monacho nostro provisione sua per nos de dictis octo marchis et prato sibi facta, secundum duarum continentiam litterarum sub sigillis nostro et conventus nostri predicti sibi super ea in testimonium traditarum. Item et de IV marchis annuorum reddituum dicti pagamenti, per Sibertum de Monte fel. record. germani nostri pro suo memoriali dicto nostro conventui comparatis, quarum Gerardus dictus Knippert de Kursmec multor solvit annuatim XIII solidos de domo proxima domui dicti Hollendess, cum II iurnalibus terre arabilis sitis in Gladbach extra valuam, per quam itur versus Novum opus, iuxta campum campanarii. Item dictus Neude unam marcham, de domo que quondam erat Hermanni dicti Wolfgens, et de III iurnalibus terre arabilis, item Joannes Hanne de quercubus XV solid. de domo sua et orto, ac de XVI iurnalibus terre arabilis cum uno iurnale et dimidio paludis, dicte Alsbrue, et Godescaleus filius Mence VIII solid. de sex iurnalibus terre arabilis sitis iuxta Coten et Rueforst, item et de XXII solidis si-

militer annuorum redditum prefati pagamenti, quos bon. mem. frater Godefridus de Nuscia, quondam noster commonachus, similiter pro memoriali perpetuo de nostra licentia comparavit, quorum Joannes de Wuenhusen solvit annuatim XII solidos de dimidia curte sua, cum uno iurnale terre arabilis adiacente et de II iurnalibus terre advocatialis sitis iuxta agros Walteri de Loendunc, et de II iurnalibus paludis. Item idem Joannes IV solidos de uno iurnale terre arabilis et Hermanus ten Roide VI solidos de curte sua cum VI iurnalibus terre arabilis spectantibus ad eandem, de consensu et voluntate prefati conventus nostri disposuimus et ordinavimus in hunc modum, quod anniversarium domini Renardi sacerdotis, Siberti indicati, Tillmanni et Henrici nostrorum quondam germanorum, tertio idus aprilis vel circiter, et anniversarium memorati fratris Godefridi et Heilwigis matris eiusdem quarto nonas Martii vel circiter, prout opportunius fuerit, annuatim in perpetuum in conventu nostro predicto solemniter peragantur. Et quod prefate IV marche et XXII solidi supradicti singulis annis per priorem antedictum fratribus eiusdem conventus, qui dictis anniversariis personaliter presentes interfuerint, proportionaliter distribuantur et dividantur prout in ipso monasterio nostro de distributionibus presentiarum huiusmodi fieri est consuetum. In quorum omnium et singulorum, prout superius enarratur, testimonium et munimen sigillum nostrum una cum sigillo communi conventus nostri sepedicti et ad petitionem tam nostram quam ipsius conventus sigillum commune similiter scabinorum de Gladebach presentibus litteris sunt appensa. Datum in vigilia nativitatis domini anno eiusdem M . CCC . XXX . primo.

Codex Gladbac.

## XLVII.

Abt Wilhelm von Helsenstein bekundet den Verkauf des Hofes zu  
Venn an Wilhelm Schilkin. 1333.

Nos Wilhelmus dei permissione abbas monasterii Gladebaccensis Colon. dioces. ord. s. Benedicti, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod propter hoc constitutus personaliter coram nobis Reinardus dictus van den Venne, una cum Barbara uxore sua legitima, bona deliberatione et consilio maturo prehabitis, recognoverunt, se libere et absolute ac funditus vendidisse Wilhelmo dicto Schilkin et suis heredibus curtem suam sitam tgenen Venne, prout sita est cum omnibus suis attinentiis, cum omni suo iure, cui subiacet, nil excepto, pro certa summa pecunie dictis coniugibus numerata tradita et integraliter persoluta dictamque curtem dicti coniuges prefato Wilhelmo dicto Schilkin et suis heredibus supportaverunt coram nobis et nostris fidelibus ore manu et calamo, effestucantes et renuntiantes omni iuri seu reclamationi, quod dicti Reinardus et uxor sua predicta habebant in dicta curte et suis attinentiis seu habere poterant quovis modo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo discretorum virorum scabinorum in Gladebach ad preces partium prefatarum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno domini M . CCC . XXX . tertio. In die Martini episcopi hiemalis.

Codex Gladbac.

---

## XLVIII.

Gottfried Vlecke nimmt den Hof zu Holt, dessen Einkünfte zum  
„Gasthaus“ in Gladebach gehören, in Leibzucht. 1335.

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego Godefridus dictus Vlecke, monachus monasterii Gladebaccensis

ord. s. Benedicti, curtem dictam ten Houte ad officium hospitalarie dicti monasterii spectantem, prout sita est, una cum agris et decimis in Gladebach et in Ude, censibus, pensionibus, hie-  
mannis, curmedis ac aliis universis pertinentiis et iuribus ad eandem spectantibus, que in presentiarum ad ipsam curtem spectare dinoscuntur, undecim iurnalibus terre arabilis, traditis ad culturam Velten quondam Alberti dicti Katharine duntaxat exceptis, a ven. patre domino Wilhelmo abbate nostro mihi commissam, quoad dies vite mee recipi colendam et procurandam, sub hac forma, quod ego redditus et proventus eiusdem curtis annuatim recipiam et habeam, ac in meos usus licitos, necessarios et honestos iuxta conscientiam meam convertam et eandem una cum domo hospitali pauperum in Gladebach in edificiis, tectis et sepibus in bona statu conservem. Salvo tamen ipsi domino abbati, quod ego de eadem curte et suis pertinentiis antedictis XXVII paria maldrorum siliginis et avene blandi medioeris mesure Gladebacensis currentis et dativae pensionis annue, una cum XXX solidis pagamenti currentis et dativi ac usualis in Gladebach in festo b. Remigii episcopi vel infra quindenam immediate post ipsum festum prefato domino abbati annuatim persolvam et ipsum bladum infra villam de Gladebach in granarium, quod ipse dominus abbas mihi demonstraverit, assignem sub meis laboribus, periculis et expensis, per ipsum dominum abbatem aut suum commissarium in usus pauperum convertendum. Salvo mihi, si sterilitas seu grandio vel tempestas seu incendium, quod absit, intervenerit, iure pensionariorum nostre vicinie generali. Item custodi monasterii nostri tres solidos et octo denarios cum obulo item pro servitio conventus nostri cuilibet fratrum XII denarios in nativitate domini et stramina in choro spargenda, quotiens id fuerit oportunum, item II maldra siliginis et II maldra avene mesure predicte in festo b. Remigii episcopi ad litteram charitatis similiter annuatim persolvam et IV plaustra lignorum et II plaustra straminum pro pauperibus ad hospitale prefatum in Gladebach

ante festum nativitatis domini advehi annuatim, et gramina pasculi in clausto reseccari faciam in meis similiter laboribus et expensis, et his mediantibus ad quodcumque ius aut servitium ratione dicte curtis nullatenus obligabor. Item si quos agros ad dictam curtem reverti seu legari contigerit, quod eosdem similiter quoad vitam meam una cum aliis agris antedictis possideam, pro pensione tali ac tanta, prout viris discretis visum fuerit consonum rationi. Ceterum de officio seu administratione dicte hospitalarie me nullatenus intromittam, in cautionem vero prefato domino abbati faciendam de premissis, volo et sponte eligo, quod mea prebenda sive potius portio monachalis in Gladebach, una cum pecoribus et fructibus dicte curtis ac omnibus emendationibus, que pro tempore eidem curti apposite fuerint, obligetur et sit per presentes titulo pignoris obligata, ita quod ipse dominus abbas ad eandem prebendam cum pecoribus, fructibus et emendationibus omnibus antedictis manum apponere poterit quavis occasione vel contradictione non obstante, faciendo de ipsis ad usus pauperum, quidquid sibi visum fuerit expedire. Item si forte prosperante domino redditus aliquos aut agros, seu bona quecumque ad usus eiusdem curtis per me comparavero, ipsi redditus agri et bona, quamdiu vixero, meis cedant usibus libere profuturis. Post obitum vero meum prefata curtis cum fructibus et agris seu bonis aliis per me comparatis, una cum omnibus emendacionibus appositis, ac pecoribus cuiuscunque generis ad prefatam hospitalariam absolute, sine quocunque debitorum onere, in perpetuum libere revertentur pro mee et amicorum meorum animarum salute in usus pauperum perpetuo convertenda. Hoc specialiter et expresse precauto, quod prefata curtis una cum pecoribus educandis et agris ad eandem nunc spectantibus seu in posterum spectaturis, ad solutionem quorumcumque debitorum per me contractorum quomodolibet nullatenus teneatur. In quorum omnium testimonium sigillum meum una cum sigillis honestorum virorum dominorum Henrici de Wilke, rectoris

ecclesie Kempensis et Christiani de Huckelhoven, rectoris ecclesie in Gladebach, nec non et discretorum virorum scabinorum de Gladebach ad preces meas appositis presentibus litteris duxi apponendum. Quod nos Henricus et Christianus rectores ecclesiarum antedictarum ac scabini de Gladebach antedicti recognoscimus ita esse.

Datum anno domini M . CCC . XXX . quinto, in festo natiuitatis b. Marie virginis. \*)

Codex Gladbae.

## XLIX.

Bestimmung des Abtes Wilhelm über den Antheil, den die jungen Mönche und die Priester an den Einkünften haben sollen. 1338.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras inspecturis Wilhelmus divina permissione abbas monasterii Glad-

\*) Derselbe Vertrag findet sich wörtlich erneuert im Jahre 1348 bis zu den Worten: „In quorum omnium testimonium“ In dem erneuerten Vertrag findet sich statt dessen der folgende Schlußsatz: „Insuper presentibus publice recognoscens, quod ego cum dicto domino abbate et conventu suo super omnibus requisitionibus, actionibus, litibus et controversiis, quas ullo unquam tempore usque in diem confectionis presentium habebam seu habere potui contra ipsos dominum abbatem et conventum, ex causis et rationibus quibuscunque ventilatis, mediantibus dictorum domini abbatis et conventus ac meis amicis et consanguineis, pure, simpliciter et de pleno compositus sum et complanatus, sic quod nulla dissensionis materia nomine premissorum aliquatenus oriatur. Omni fraude et dolo semotis penitus in premissis. In quorum omnium testimonium et munimen sigillum meum una cum sigillo Conradi dicti Stale, castellani in Limborch germani mei, nec non et strenuorum virorum dominorum Lutteri dicti Stale de Holstein ac Henrici de Schornroyde militum sigillis ad meas et ipsius Conradi germani mei predicti preces, his litteris appositis presentibus, duxi apponendum. Quod nos Conradus Stale, Lutterus Stale et Henricus de Schornroyde milites iam dicti verum esse profitemur.

Datum anno domini M . CCC . XL . octavo, dominica qua cantatur oculi in quadragesima,

bacensis, Colon. diocesis, ord. s. Benedicti, salutem in perpetuum cum orationum suffragiis devotarum. Sicut in actibus Apostolorum legitur, conversantibus invicem Apostolis una cum aliis fratribus ad fidem christianam conversis, de communi substantia dividebatur singulis, prout unicuique opus erat, ubi non dicitur, quod omnes equaliter necessaria acceperunt, videlicet ut equalem singuli substantie receperint portionem, sed qui plus indigebat plus accepit, et qui minus indigebat minori se portione contentabat. Sanctorum igitur Apostorum ordinationibus, a doctrina similiter nostre regule minime discrepantibus innitentes, divisionem substantie ad conventum dicti nostri monasterii contingentis iuxta distantiam dignitatum et indigentiam personarum eiusdem conventus diligenter consideratam et examinatam, de communi consilio, consensu et assensu eiusdem conventus mature prehabitis, ex nunc in antea in perpetuum inviolabiliter observandam ordinavimus et fieri volumus in hunc modum. Videlicet quod fratres iuvenes emancipati a scolis, citra tamen gradum sacerdotii constituti, quorum aliquos per dominorum seu amicorum suorum preces importunas emancipari contingit antequam sciant legere simpliciter et cantare, quod tandem non solum in ipsorum sic emancipatorum, verum etiam in totius nostri conventus vergit confusionem, nonnulli etiam eorundem post huiusmodi emancipationem, tamquam indomiti iugo discipline regularis excusso, diversis tantummodo dissolutionibus intendentes, discurrendo per vias, frequentando tabernas, et ibidem ac alias ea, que sibi in bonos et necessarios usus convertenda de rebus monasterii, imo verius crucifixi domini ex gratia fuerunt ministrata, dei timore postposito sui que honoris obliti, enormiter expendendo, eo quod ipsi iuvenes, dum adhuc in scolis existunt, nimis ante tempus debitum emancipari festinent et quod emancipati, propter gratiam nimis largam videlicet actu sacerdotibus equalem eis concessam, nimis, ut premititur, petulanter invadant. Ut precaveatur in eis, quod ait Moses in Deuteronomio, incrassatus est dilectus et



realcitravit, incrassatus, impinguatus, dilatatus ac presertim eo quod ferventius doctrinis divinorum officiorum, et maxime, que canonicas horas respiciunt et alias divine pagine curent insistere, minoribus quam actu sacerdotes prebendarum portionibus sint contenti, donec ad gradum, meritis eorum sibi suffragantibus, provehi mereantur antedictum, pro sue tamen emancipationis prerogativa preter eam que datur fratribus in scolis adhuc existentibus portionem volumus, quod ministrentur eisdem sicut actu sacerdotibus ea, que sibi de pensione ecclesie de Gladebach et de officiis camere, caritatis, infirmarie ac de Lobruc pro presentia poterunt derivari. Hoc precauto, quod si quis eorundem iuvenum culpis suis exigentibus reponatur ad scolas, singulis vicibus quibus id accidit, eo ipso quamdiu in scolis fuerit, dicta presentia sit privatus. Blada vero de Heiden integraliter, pensiones molendinorum in Ude pro media parte, ac insuper ea, que de celleraria monasterii nostri predicti, alia causa legitima et necessaria eiusdem monasterii non impediende bono modo conservari poterunt, volumus et ordinamus, quod in usus fratrum actu sacerdotum pro prerogativa dignitatis sacerdotalis, eo quod tum propter suceptionem hospitem ad eos frequentius venientium, tum propter statum digniorem, similiter integre convertantur, prout nostre ac eius, qui pro tempore fuerit, abbatis conscientiae visum fuerit expedire. Exceptis XLIII maldris siliginis cum dimidio de molendinis in Ude ac prebendis mortuorum, que et quas in usus fabrice dicti monasterii nostri converti volumus, prout ex ordinatione predecessorum nostrorum ab antiquo hactenus est consuetum. Exceptis etiam prebendis fratrum fugitivorum et apostatarum, tam sacerdotum, quam iuvenum et novitiorum, quas converti volumus in usus eiusdem monasterii nostri, iuxta quod de nostra ac pro tempore abbatis voluntate, consilio et assensu fuerit ordinatum. De prebendis vero mortuorum declarandum duximus in hunc modum, quod portio monachalis duntaxat cotidiana cedat eisdem defunctis, videlicet panis, cerevisia et dena-

rius cum his que actu sacerdotibus de celleraria predicta poterunt ministrari, prout superius est expressum. De bladis autem in Heiden ac de pensionibus molendinorum in Ude supradictis, nec non et de presentis ac de vino, que licet quondam dictis mortuorum prebendis ascribi consueverunt, nos tamen fratrum viventium tam sacerdotum quam iuvenum laboribus et necessitatibus ex gratia speciali compatientes, et ut ipsi viventes ad orandum pro ipsis defunctis et alias ad divinum officium exercendum fidelius, devotius ac diligentius incitentur, volumus et ordinamus, quod ipsa blada, pensiones, presentie atque vinum in subsidium portionum eorundem fratrum viventium solummodo distribuantur, secundum ordinationem superius declaratam. In cuius rei testimonium et firmitatem in perpetuum habendam, sigillum nostrum una cum sigillo dicti conventus nostri, ex ipsius conventus certa scientia appenso, presentibus litteris duximus apponendum.

Datum: in octavis epiphanie domini, anno eiusdem M. CCC. XXX. octavo.

Codex Gladbac.

## L.

Stiftung der Adelheid von der Sittert. 1338.

Nos scabini de Gladebach notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod constituta coram nobis Aleidis filia Tillmanni de Sittert, publice recognovit se legasse in elemosinam et donasse donatione perfecta inter vivos duos solidos brabantinos denariorum communiter usualium et dativorum in Gladebach, annuorum reddituum perpetuorum ad altare beate Marie virginis situm in cripta monasterii Gladebacensis annuatim in festo purificationis eiusdem beate Marie virg. vel infra octavas eiusdem, sine captione annuatim persolvendos, obligans in cautionem eiusdem solutionis titulo ypothece seu supigno-

ris unum iurnalem cum dimidio terre sue arabilis site iuxta terras Alardi cordinis ter Sittert sub hac forma, quod si dicti duo solidi non persolverentur integraliter termino prelibato, ex tunc officians pro tempore dictum altare consecutus erit suppignus antedictum, ita quod ipse ad idem suppignus manum apponere poterit, faciendo ac disponendo de eodem in perpetuum, quidquid sibi visum fuerit expedire, contradictione qualibet non obstante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad preces dicte Aleidis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini M . CCC . XXX . octavo, in vigilia beati Mathei apostoli.

Codex Gladbac.

## LI.

Der Bogt Konrad von Willich schenkt dem Abt und Konvent zu Gladbach den ihm bisher zuständigen vierten Theil des großen und kleinen Zehnten zu Anrath. 1340.

In nomine domini amen. Universis ac singulis presentes litteras visuris Ego Conradus advocatus de Wilike cupio fore notum, quod ego familiaritate et benignitate multiplici ven. viri domini mei dilecti, domini abbatis et totius conventus monasterii Gladebacensis, ord. sancti Benedicti, facta non solum germano meo Henrico pastori ecclesie Kempensis, monacho eiusdem monasterii et specialiter propter hoc, quod ipsi domini abbas et conventus eidem Henrico decimas eorum sitas in Anrode, quoad vitam suam impensionando pro modica pensione, videlicet pro XL maldris annone mediatim siliginis et mediatim avene, mesure in Anrode, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, ipsum benigne ac favorabiliter tractaverunt, verum etiam mihi, germanis et aliis amicis meis gratanter sepius exhibita diligenter pensata, vicissitudinem refundere cupiens aliqualem et insuper ad faciendum in dicto monasterio

pro salute anime mee et parentum ac aliorum amicorum meorum animarum memoriale perpetuum, de consensu et voluntate dicti Henrici ac aliorum germanorum et heredum meorum eam quartam partem decimarum tam maiorum quam minutarum sitam in Anrode, quam titulo feodi teneis eram a domino meo domino abbate memorato, XIV annis vel circiter elapsis, donavi donatione perfecta inter vivos, nullis tamen litteris super huiusmodi donatione traditis seu confectis. Nunc vero in maius testimonium ad innovandum et confirmandum huiusmodi donationem sive collationem dicte quarte partis decimarum, litterarie cum pleno consensu germanorum et heredum meorum, sicut prius, eisdem domino abbati et conventui dono et confero per presentes litteras ab eisdem ex nunc in antea in perpetuum et hereditarie, sicut alias suas partes decimarum ibidem, habendam et possidendam libere et quiete, contradictione quolibet non obstante, renuncians per presentes ore, manu et calamo pro me et pro meis germanis et heredibus antedictis, quidquid iuris hactenus habuimus decimis in eisdem, fraude et dolo malo cessantibus omnibus in premissis. Acta sunt hec presentibus Wilhelmo de Luttelvorst, Wilhelmo ten Hoyue et Nicolao de Walthuisen fidelibus domini abbatis, domini mei sepedicti ac aliis quam pluribus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis in quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigillum meum pro me et meis germanis antedictis hoc instanter petentibus his scriptis duxi apponendum. Rogans instanter una cum eisdem germanis meis dilectum meum dominum abbatem antedictum, nec non strenuum virum dominum Henricum advocatum de Nersa militem eiusdem domini abbatis domini mei fidelem, ut sigilla sua similiter apponant presentibus in testimonium premissorum. Et nos Wilhelmus dei permissione abbas dicti monasterii Gladbacensis et Henricus advocatus de Nersa, iam dicti domini abbatis mei fidelis, sigilla nostra ad petitionem continuam Conradi advocati de Willike, ac germanorum suorum antedictorum

presentibus litteris duximus apponenda. Nos Wilhelmus de Luttelvorst, Wilhelmus ten Hoyue et Nicolaus de Walthuisen predicti fideles dilecti domini viri domini abbatis Gladebacensis prenominati, quia sigilla habere non consuevimus, easdem litteras sigillo discretorum virorum scabinorum de Gladebach pro nobis ad rogatum nostrum, quia premissis interfuimus, sigillari procuravimus in amplius testimonium omnium premissorum. Quod nos scabini de Gladebach recognoscimus esse verum.

Actum et datum anno domini M. CCC. XL. feria quinta post festum Pasche.

Codex Gladbae.

## LII.

Abt Wilhelm von Dranien richtet ein Krankenhaus für die Klosterbrüder ein. 1340.

Universis presentes litteras inspecturis Wilhelmus dei permissione abbas monasterii Gladebacens., ord. s. Benedicti, Colon. dioces., salutem in domino sempiternam cum orationum suffragiis devotarum. Cum non solum propter mandatum evangelicum verum etiam propter sancte regule b. Benedicti abbatis institutionem, quam professi sumus, summe nobis inter alia fratrum infirmorum diligentia committatur habenda, tam ex necessitate, quam ex caritate convincimur ex officio nobis commisso solerter intendere circa ea, que necessitatibus et commoditatibus eorundem fratrum viderimus opportuna, attendentes, quod intra coenobium nostrum nulla sit domus pro fratribus infirmantibus ordinata, in qua ipsis infirmitatis tempore commode valeant humanitatis necessaria ministrari, quodque sepius vidimus, fratres huiusmodi in infirmitatibus suis necessitate compulsi in villa minus honeste et alias minus commode decumbere, contra deum et ordinis honestatem, eam domum claustralem, quam nunc prior noster inhabitat, \*) de consensu,

\*) Es ist dieses Haus die gegenwärtige Pastorat.

consilio et voluntate ipsius prioris ac totius nostri conventus in usus fratrum infirmorum decumbentium ex nunc in antea duximus ordinandam et ordinamus cum effectu perpetuis temporibus in futurum in nomine domini per presentes, in hunc modum, quod fratres debiles decumbentes in ea dormiant et comedant atque bibant, et quod eisdem inibi secundum omnem humanitatem et qualitatem infirmitatis necessaria ministrentur, quotiens et quando necessitas id requirit. At ubi meliorati fuerint et convaluerint, dictam domum immediate postponant penitus et relinquunt, in loca sua dormitorii, chori et refectorii pacifice redeundo, nihil omnino iuris in ipsa domo sibi postmodo usurpando. Inhibemus insuper in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, quam in singulos contrarium facientes, trium dierum monitione premissa, ferimus in his scriptis, ne quis per se vel per alium dictam domum in perpetuum prece vel precio sibi procurare seu vindicare presumat, quovis ad hoc colore conquisito, quominus ordinatio nostra prelibata, effectuosam in omnibus in perpetuum obtineat firmitatem. In quorum omnium testimonium et munimen sigillum nostrum una cum sigillo communi prefati conventus presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno domini M. CCC. XL. feria quarta post divisionem ss. Apostolorum.

Codex Gladbac.

---

### LIII.

Abt Wilhelm von Dranien überträgt dem Konvent das Offizium des Rektors des Muttergottes-Altars in der Krypta, sowie das der Kujtodie. 1343.

In nomine domini Amen. Nos Wilhelmus diuina permissione abbas monasterii Gladbacensis Coloniensis dyocesis, Notum

